GISBERTI FREYTAGS LEVNENSIS,

CONSILIVM IVRIS,


IN QVO PRÆCIPVE NOBILIS ET QVOTIDIANA QVAESTIO,

VTRVM LEGATVM DOTIS FILIAE FACTVM PVRVM, AN Conditionale censeatur, in vtramque partem copiosè ac neruosè discutitur.

CVM PRÆFATIONE DE DIFFICVLTATE AC NECESSITATE IVRISPRVDENTIAE, Itemque dignitate & vtilitate Aduocatorum, *coniunctâ Methodo Iurisconsultorum, quam obseruant in* Responsis *conscribendis: omnibus studiosis, in primis vero Pragmaticis & Causidicis, vtilis valde & scitu necessaria.*

Speculator *in §. fin. in fin. de Aduocatis.*

IVRECONSVLTVS IN CONSILIO DEBET ESSE cautus, in Patrocinio fidelis, in Iudicio iustus, quoniam de talento sibi credito tenetur reddere rationem.



Ex Legato Ill.mi [illegible]

COLONIAE,
Apud Conradum Butgenium,
ANNO MDCXV.
Sub signo Arboris.



AD MAGNIFICOS, NOBILISSImos, Amplißimosq; Viros:

DN. GISBERTVM à Bodelschwingh/ DN. in Bodelschwing/ Mengede, &c.

DN. ALBERTVM ab Huchtenbruch/ DN. in Gatorpff/ etc. Illustrissimorum Celsissimorumque Principum, Brandenburgensis, ac Neuburgensis, itemque Cliuiæ ac Marchiæ CONSILIARIVM Nobilissimum.

DN. PHILIPPVM à Lipperheyde, in Schorlingh, &c.

PRÆFATIO.



VRISPRVDENTIAE studium, viri Magnifici, facile si quis omnino asseuerare non erubuerit, profectò temeritatis potius & iactantiæ, quam veritatis testimonium feret. Est enim iuris † studium res vsque adeo laboriosa & subtilis, vt quis etiam post perlectum Iuris corpus, parum admodum sit assecutus. 1. *Vide grauissimè & latissimè Donell. in prefat. suorum operum, tomo 1. vers. optandum esset, vbi eius caussas assignat.* Et tum demum ignorantiam suam deprehendat, cum ad scribendum de Iure calamum arripuerit, *attestante Eberhard. in praamb. loc. arg. leg. nu. 27.* Id quod & de se attestatur *Seneca*, dicens: Se, priusquam

 sci-

ſcriberet, ſuam ignorantiam ignoraſſe, *vt refert. Ioann. An. in ſalutatione Gregoriana, in Nouella*. Cui congruit quod eſt apud Gell. *libr.* 1. *ca* 2. Huc etiam pertinet quod Petrus de bella pertica Burgundus ſubtiliſſimus Doctor, *referente Paulo de Caſtro, in l. Mauio, in princ. ff. de leg.* 2. dixit ſe octies legiſſe Infortiatum, neque tamen vnquam intellexiſſe illam *legem Mauio*, niſi cum nouiſſimè eam legeret: cuius etiam nouiſſimum intellectum, *Bart. Bald* & omnes poſteriores approbant, reiectis omnibus alijs lecturis Gloſſæ. In hanc ſententiam ſimiliter facit quod Bart. *in l actionibus, in fin. ff de in litem iurando*, dicit, ſe nunquam intellexiſſe materiam illius legis, niſi cum nouiſſimè eam legeret. Nec hinc procul aberrat, quod Philippus de Regio antiquus & maximus legum Doctor, *referente Paulo de Caſtro in l. pater Seuerinam, in princ ff. de condit. & demonſtr.* ob nimiam arrogantiam: *quia pollicitus fuit, ſe velle reſpondere ad quodlibet*: in materia vltimarum voluutatum, *arguente Baldo*, confuſionem maximam paſſus eſt. His etiam congruit quod Ioan. Reidan. *in præfat. Cynoſura Iuris*, Cæteræ facultates, inquit, & ſtudia primò ſuas habent iucunditates & illecebras. At ſtudium iuris præcipuè incipientibus longè eſt aſperrimum, & paſſim duriſſimis vepris & dumetis ſpinoſiſſimum. Habet principio Philoſophia ſuas ſuauitates. Theologia quoque ſua tanquam Paradiſi pomaria. Medicina ſuas Veneres: ſola autem Iuriſprudentia hiſce illecebris caret, & in ſola abruptione prorſus videtur eſſe poſita, vſque eò (quod deplorandum eſt) vt iure quis poſſet dicere, noſtrum ius de induſtria eſſe obſcuratum, vbi perſæpe tantæ ſunt obſcuritates & intricationes, abruptæque ſententiæ, vt tamquam in ænigmate diuinandum ſit potius, quam certò dicendum, quæ ſit legis ſententia: & crebrò eueniat, vt quis legem aliquam ſe optimè cognouiſſe putet, nil tamen quicquam in ea intelligat, & ſit ipſo Polyphemo, in antro ab Vlyſſe excæcato, cæcior. Sed & hoc deplorandum eſt, *dicere pergit Reydan. d loco*. tot eſſe in corpore Iuris à noſtris temporibus remota & aliena, vt ſi quis à potiore Theoria ad praxin veniat, ad nouam velut facultatem accedere videatur. Conqueruntur Medici de multarum herbarum viribus mutatis à priſcorum Medicorum temporibus: ſed quantò magis nos conqueri poſſumus, de iurium mutationibus? Quia Reſpubl. apparet tanquam monſtrum, & quotidie noua parit monſtra, adeò vt nobis poſt tot ſecula, & poſt tot mutationes, & infinitorum Commentariorum & gloſſarum pyramides, nouus iam Iuſtinianus omnino opus eſſe videatur. Nec à prædictis diſcrepat, quod Zaſius *in Apologia ad Eckium*, Eſt arduum, inquit, prorſus iuris diſceptãdi negotium, in quo qui cum laude

laude versari velit, necesse est plures annos sub preceptoribus attriuerit,
sudauerit, alserit, vigilauerit, multa legerit, vulgatiora iuris scita velut
in numerato habeat, accommodandis iuribus solers, retinendis capax,
trutinandis acutus, moderandis circumspectus, & in assiduo omnino
labore infractus. Tot enim innumeros euentus, tot facta, factorumque
tot diuersas species sub legem concludere, iureconsultorum doctrinis
complecti, & summi studij est, & munus laboriosissimum. Non dissi-
mile quoque est à prędictis, quod Neuizan. *5. Syluar. nupt. n. 51.* Si quis,
inquit, in hoc iuris studio perfectus esse velit, oportet vt multum stu-
deat de nocte, & ante, & post prandium, vitamque suam exponat pe-
riculis, ieiunijs & vigilijs. Pinguis enim venter subtilé gignere sensum
nequit. *Chrysostomus*. nec dormitatio perficit opus, sed intellectum mu-
tilat & offuscat, assiduitas vero facit bona ingenia, & ingenia grossa, stu-
diorum sollicitudine, redduntur efficacissima. *Neuizan. d. lib. 5. Sylu.
nupt. nu. 44.*

Haud immerito equidem, non dumtaxat prisci iuris interpretes, sed
& Neoterici omnes, de tanta iurisprudentię difficultate conqueruntur.
Ea enim rerum omnium in hac vniuersitate conditio, vt quę pulcherri-
mę atque vtilissimę, magna simul cum difficultate sint coniunctę: pa-
ratu contra faciles, quę momenti atque emolumenti exigui. Tantæ au-
tem autem huius Iurisprudentiæ † sunt fertilitates, vt si eas describere 2.
coneris, me Hercule, rem infinitam aggredi videare. Nam siue à princi-
pio Iehouam Opt. Max. tanquam Iurisprudentię & LL. auctorem, *tex.
in l. 2. de ll. & veteres Legislatores legum suarum originem ad Deos retulerunt, pro-
ut docet Diod. 1. cap. 5. Cic. de legib. Aelian. 2. de varia Histor. Halicarnasseus 2.
Antiquit. plures refert Godfred. ad l. 1. ff. de ll.* siue Iurisprudentiam ipsam
celebrare coneris: tam inundans tibi statim verborum ac rerum flumen
occurrit, vt te magis obrutum copiâ, quam inopia pressum iri fatearis.
Quid? vt illum ἀνεκφώνητον, ἀνεξήγητον, ἀνεξιχνίαστον, qui extra omnem
eloquentię cœlestis, nedum terrestris, aleam est positus, cuius gloriæ nul-
lum principium, nullus finis existit, & quam cœli cœlorum non capi-
unt, *conf. Rom. 11. vers. 33. & seqq.* cuiusque laudes silentio rectius inuol-
ues, quam Encomio digno euolues, Deum ter Opt. Max. *1. Tim. 6. vers.
16. Act. 14. vers. 14. Apoc. 19. vers. 16* prætercam: vel solæ huius Iurispru-
dentiæ dignitates, tantam dicendi copiam offundunt, vt spiritus dictu-
ri citius defecerit, quam increscentis rerum beneficio, Encomij cursus.
Est enim ciuilis hæc sapientia, *de qua Aristot. 1. Eth. 2 & 1. Magnorum Moral.
3. Polit. 8.* res sanctissima, *l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit. Horat. lib. 2. ser. Satyr.
1.* Diuinarum atque humanarum rerum notitia: iusti atque iniusti sci-

 entia,

entia, §. 1. *Instit. de iust. & iur. l. 10. §. fin ff. eod.* sacra Philosophia, vera, non simulata. *l. 1. §. 1. ff. de iust. & iur.* honoris plena, *argumento l. 6. in fin. C. de postulando*, laudabilis, vtilis & necessaria, *l. 4. C. de aduocat. diuers. iud. Godfred. ad d. l. 1. §. 5. ff. de extraord. cognit.* adeò vt precio numerario nō sit æstimanda, *testante VVesenb. n. 2. circa med. ff. de var. & extraord. iur. cogn.* Nullum siquidem hominum genus, nulla etiam vitę pars est, ad quam hęc, tanquam Regina omnium disciplinarum, vtilitatem suam nō profundat, atque inter artes & scientias Monarchis, Regibus, Principibus, Rerumpublicarum gubernatoribus, imò subditis etiam cuiuscunque conditionis & status, consilia suggerens, & quid in quouis dubio casu facto opus sit pręscribens, instar luciferi inter reliquas stellas præfulgeat atque emineat. Hanc velut ducem, ad rerum gubernacula euecti, si sequantur, & cum optimatibus & Iurisperitis, maximè ijs, in quibus superbia, fastidium, arrogantia, ira, festinatio, alijque deprauati affectus non prædominantur, antegressis precibus ad Deum, autorem omnis boni consilij, de rebus ad incolumitatem publici status pertinentibus, consultent, tam Principi, quam populo rectè consulitur, Respublica à superiore curata, rectè & feliciter gubernatur, ciues & subditi rectè parent, ideoque tam concors & dulcis harmonia superiorum & inferiorum existit, quâ Rempublicam omnino consistere & durare necesse est. Iurisprudentia vero duce consiliorum non existente, gubernatoribusq; & Magistratibus, non ex pręscripto Iuris, sed secundum proprios affectus, citra consilium peritiorum, omnia expedientibus, Pietas, Fides, & Iustitia exulant, iusti opprimuntur, iniusti euehuntur, nocentes dimittuntur, quælibet horrenda facinora impunè committuntur, totaq; Respublica, perinde atque corpus humanum spiritu vitali, conglutinatum, in cadauer degenerat, dispersa & quasi emortua iacet: adeo vt omnia funditus corruere, tandemque & Principes & subditos subuerti, talemque confusionem, qualem ante orbis fundamina fuisse à Poetis fingitur, consequi oporteat.

3. Quam ob causam Imperator † Adrianus, Antoninus Pius, Alexander, alijque nostri etiam sæculi Imperatores & Monarchæ, confiteri non erubuerunt, pacis bellique tempore Respublicas non à se, sed à Iurisconsultis consiliarijs gubernari. Quo facit quod Imperator Iustinianus, *in princ. proœm Instit.* docet, pro sustentatione & gubernatione Reipublicæ duo esse necessaria, videlicet Leges & arma. Quibus, cum ibi tribuat legibus id quod est armorum, & contra quod est legum tribuat armis; ostendit, vnum alterius opera & auxilio indigere. *adde text. in l. vnic. in princ. C. de Iust. Cod. confirm.* Sicut enim tempore belli legibus ad conseruandam

uandam disciplinam militarem opus est: ita & tempore pacis armorum vsus est in exequendis sententijs, *iuxta l. qui restituere, 68. ff. de rei vindic.* & in puniendis delictis: cum intersit Reipublicæ ne delicta maneant impunita, *l. ita vulneratus, 51. ff. ad L. Aquil. l. licitatio, §. quod illicite, ff. d pub. iud. l. 3. C. de Episc. aud. Hippol. consil. 7. n. 14. Menoch. 5. præsumpt. 49. n. 27. Gail. de pignorat. obs. 3. nu* 11. Hinc refert Paul. de Castro, *in l. 3 C. de Episc aud.* dictum Senecæ dicentis, non posse pinguiorem victimam Deo mactari, quam sceleratum hominem. Et sanctissima dicuntur iudicia, vbi de criminosis supplicia sumuntur, *per text. in d. l. 3. cum l. congruit, 13 ff. de offic. præsid. & in c. clericorum, 13. extr. de vita & honest. cleric.* dicitur facilitatem veniæ esse incensiuum delinquendi. Et Aduocati militare dicuntur, *in l. aduocati, C de aduocat. diuers iudicior.* ac leges magis Reipubl. necessarias esse quàm arma probatur ex Ecclesiastico *cap. 9. vers. 18. Sapient. 3 vers. 1.* Vnde Imperator Iustinianus appellat Iurisperitos suos Antecessores, *§. cumq; Deo. Instit. in proœm.* sicuti & Vlpianum *(quem Alexander Seuerus ratione scientiæ tam perditè deamauit, vt, cum milites impetum in eum essent facturi, purpura eum texerit, & à crudelissima morte seruarit)* nominat suum Amicum, *in l. 2. responsum, 4. C. de contrah. stip.* & appellat eum, respectu ætatis & scientiæ, suum Patrem, *in l. ex diui. 4. C. de locat.* vbi Cynus: Vides, inquit, studiose quantum possit scientia, quæ facit legum peritum Patrem & Amicum Principum, *referente Schneidvv. in d. §. cumque. Instit. proœm.* Quod magis est, iurisperiti senatores facti, sunt pars corporis Imperatoris, *quo tit. Impp. Arcad. & Honorius eos dignantur. in l. 5. quisquis, C. ad L. Iul. Maiest.* & è contra senatoribus vel Imperator ipse adnumeratur. *Iulianus in l. donatorum. 8. C de dignitatib. vbi Godfred. in notis eleg. huius reddit rationem.*

Ad hæc, ratione necessitatis, excellentiæ & præstantiæ Iurisprudentię; in tanta dignitate & honore constituti sunt causarum † Patroni, siue Aduocati, vt non immeritò Magnifici, *ab Imperatore Iustiniano, in d §. cumque, Instit. in proœm. ab Imperatore Anastasio, in l. 1. & 4. C. de Aduocatis diuers. iudic.* & Nobiles dicãtur, *ab Imperatore Gratiano in l. 7. prouidendũ, vbi gloss C. de postulando, adde l. 4. diximus in fin. vbi Vlpianus Nobilissimus à Modestino appellatur, ff. de excusat. tut.* qui duo textus, inquit Iohan. Lauterb. *in tract suo de arm. & lit. n. 90.* refutant incautas voces audaculorum quorundam, contendentium Nobilitatem Iurisconsultorum nulla lege probari posse. Hinc tradit Alexand. *cons. 94. vol. 1.* quod statuta de Nobilibus disponẽtia, comprehendant Iurisprudentiæ doctores: & quidem meritò Nam cum militaris virtus multos strenuos fecerit ac Nobilissimos, cur non & Aduocati *(qui dirimunt ambigua fata causarum, suaque defensionis viribus, in rebus sæpe publicis ac priuatis, lapsa erigũt, fatigata reparant.)* eodem iure, titulo 4.

Nobi-

Nobilitatis gaudere queant? Non minus enim prouident generi humano, quam si prœlijs atque vulneribus patriã, parentesq; saluarent, *prout ad verbum refertur in l. 14. C. de aduocat. diuers. iudicior.* Quocirca Imperatores *Leo & Anthemius in d. l. 14.* Nec enim solos, *dicere pergunt*, nostro Imperio militare credimus illos, qui gladijs, clypeis, & thoracibus nituntur, sed etiam Aduocatos: militant (nihil enim tam simile bello est, quam lis, & iudiciũ, *notante Godofredo ad hanc l. 14.*) namque causarum patroni, *& ideo ipsis conceditur armorum vsus Pet. Duennas in Reg 55. fallent.* qui gloriosæ vocis confisi munimine, laborantium spem, vitam & posteros defendunt. Vtrum autem Aduocatus, siue Doctor Iurisprudentiæ, Militi præferatur, vide Abb. & Dec. *in c. clerici, de Iud vbi pulchrè, & eandem Dec. in l cum quid. si cert pet. Alex. in l. 1. de obseq patr praest. Angel. in prooem. Instit. in princip. Cic 1. Offic. & ibi disputationem Amerbach. & in Orat. pro Murena. Aristot. in Ethi. referente VVesenb. ad Schneidvv. Instit. in princ. prooem.* Verum de hac præeminentia Doctoris & Militis non improbabilis videtur traditio Angel. *ad l. centurio 14. de vulg. & pupill. substit.* videlicet in actibus militaribus militem præferendum esse Doctori, & vice versa, in actibus facultatis, doctorem anteponendum esse militi, *l. 1. C. de offic. Vicar. adde A. Gel. 2. Noct. Att. c. 3. & vide omnino Iohan Lauterb. in d. tractatu suo de arm. & lit. n. 11. & multis seqq.* Extra hos actus autem si Miles & Doctor conferantur, Doctorem militi præferendum puto, ex ea ratione; quia miles duntaxat corpore & vi externâ, Doctor verò, siue causarum patronus, animo, laborantium spem, vitam, & posteros defendit, *per d. l. 14. C. de aduoc. diuersor. iudic.* atque ob hoc milite dignior existimatur. Quo faciunt ea quæ cecinit *Ouid. lib. 13 Metamorph.*

——— tu tantùm corpore prodes,
Nos animo, quantoque ratem qui temperat ante it
Remigis officium, quantò dux milite maior,
Tantum ego te supero: nec non in corpore nostro
Pectora sunt potiora manu, vigor omnis in illis.

His concordat vulgare illud distichon:

Sunt duo quæ faciunt vt quis sit Nobilis, ARS, MARS.
Maior ab ARTE *venit gloria*, MARTE *minor*.

Quæ confirmantur hoc ipso, quod ICtus siue Aduocatus certius iudicat quàm homo laicus, quantumuis ingeniosus. Sapit enim naturali iudicio, quod cum laico habet commune, & etiam iudicio legibus informato, *prout inquit Paul de Castro in l. 1. Instit. de Iust. & iure.* Adde quod cum in legitimis Aduocatis requiratur ingenium, eruditio, Iuris scientia, facundia, iudicium, vsus, experientia, Iustitiæ præsumptio, vera Catholica

religio,

religio, honestæ natales, boni mores, &c. *per l. vlt. C. de postuland. l. 1. ff. eod. multa alia requisita in Aduocato tradit Virius li. 1. decis. 25. & Rosbach. in processu ciuil. tit. 18 de aduocatis, nu 9* boni vero mores, vitæque integritas Nobilitati præferantur. *text est notab. in l. pronunciatum. § matrem fam. ff. de V. S. Mantua sing. 383 incip. mirabile, qua de re vide amplissime Tiraq de Nobilitate §. 3. 4 & 5 Bart in l. 1. n. 47. C. de dignitatibus li. 12. quos sequitur Gail. 2. obs. 95 n 22* Aduocati non raro haud paucis, etiam genere Nobilibus anteferantur. Nec opus erit exotica huius rei exempla producere, cum ipsa quotidiana experientia sufficienter idem nobis attestetur, vbi ignobilium, plebeiorum, & rusticorum liberos studiorum beneficio à puluere quasi suscitari, ac cum Principibus collocari animaduertimus. *attestante Theodorico in Analysi Euangel. Dom. 11. post Trinit. part. 3. obs. 7. fol. mihi, 114. circa fi. confer. eleg. Eccles. cap. 10. v. 33. & seqq.* Hinc Aduocati siue Doctores iuris ciuilis Illustres, *Neuizan. 5. sylu. nupt. n. 36.* sunt, & multum honorandi: quia sunt ad aliorum eruditionem, viua exempla *c. cum super. Specula. de Magist. Cassan. de gl. Mundi. par. 10. con. 24.* Magnifici etiam viri appellari debent: quia & sic versantes Magnificos viros appellat Aristot. 4. *Et hic text. in prima constitut. C. § 1. & in proœm. Instit. §. cumque.* Et Iudex tenetur eos ad se venientes salutare, & inuitare ad sedendum, *l. fin. & ibi gl. in verbo honoratis, C. de offic. diuers. iudic. Cass. par. con. 40.* Nec debent fratres appellari, sed Domini, *l. 2. C. de offic. diu. iud.* vnde & vxores Doctorum ex persona maritorum Dominæ appellantur. Mariti autem eas Dominas appellare non debent. *Bart. l. donationes quæ parentes C. de donat. inter vir & vxor. Iason in l. cum filiofamilias, in 2. col. de leg. 1.* cum illi ipsi ab vxoribus Domini sint appellandi. *1. Pet. 3. vers. 6.* & Masculinum concipiat fœmininum. *l. qui duos, de leg. 3. l. si ita scriptum de leg 2. l. tres fratres. de pact. l. ait prætor ff. de negot. gest. l. si quis. ff de V. S. Bald. in l. in multis. ff. de statu hom. vide Bart. in l. 1. in vlt. col. de pecul.* Sed non è contra, quia turpissimum est, dominino vocabulo viros contineri, *per l si ita scriptum. de leg. 2. & d. l. 2. ff de pecul.*: Siquidem in tanta dignitate constituti sunt, vt etiam Comitissa absque dedecore Doctori nubere possit. *prout post alios à se allegatos confirmat Thomas Michael. in disp de Iurisdict. thesi 95.* Doctorem tamen nobilē ignobili præferri, & genere & litteris parta nobilitas facit ad quod adduci potest, quod nostri dicunt, Duo vincula vno fortiora esse, *per §. sed & hodie, Instit. de adopt. Bald. in l. nemini, C de aduocat. diuers. iud. Bart c. ad aures ext. de præscript. prout eos refert nobis adsistens Iohan Lauterb. d. tract. n. 59.* De multis Doctorum iuris priuilegijs, *vide Bart. in addit. l siue proponit. C. de dignit. & Matth. de Matthes in singula suo 59.* eorumdemque filij in quo sint priuilegiati *vide gloss. in*

l. iubemus §. pro sportulis, in verbo sumptibus C. de aduocat. diuers. iudic.

Sed quid multis? siue Necessitatem officij Aduocatorum; siue dignitatem loci, vbi resident; siue Auctoritatem eorundem consideres, nil dignius fere est aduocationis officio quod peregrinum negocium ad suas traxit molestias, & laboribus subuenit alienis, *ceu dicebat Cassiodorus relatus à Ripa in l. 1. n. 132 ff. solut. matrim. & post vterque Ioan. Vicent. Honded. decisi. consul. 8. sub n. 51. vol. 1.*

Quam Necessarium † humano generi sit Aduocationis officium, vel Diui Impp. Leo & Anthemius, *sub. d. l. 14. C. de aduocat. diuers. iudi.* testatum relinquerunt, vbi Aduocationis officium, *vt dictum supra n. 4. circa princ.* generi humano non minus necessarium esse quam ipsam armatam militiam statuerunt, *& est text. in l. 1. & l. laudabile 4. C. de aduocat. diuers. iud. & confirmat Gail. 1. obs. 43. n. 4.* Quod adeo verum est, vt Ictus siue Aduocatus; quem Ictum esse constat; *per l. 5. petition. 5 virorum, §. 4. Nec de caetero, C. de aduocatis diuers. iudic. Francisc. Marc. Delph. decis. 791. n. 5. p. 1.* nisi iustam habeat excusationem, *l. penult. §. qui autem ff. de vacat. & excusat. mun. l. sancimus. C. de aduocat. diuers. iud. Felin. in c. si pro debilitat n. 9. de. offic. proconf. & leg. Rosbach. tit. 18. de aduocat. n. 11* non solum ad consulendum, *l. 2. vbi gl. & Bart. C. de prox. sacr. scrin. Bald. in l. proxime. 3. in princ. ff. de his qui in testam. del. Salic in l. sancimus d 6. C. de aduocat. diuers. iudici. Iason in l. eum qui. 3. n. 13. & in l. inuitus 17. n. 2. C. de Pratur. Felin. in. c. ex literis. col. 1. de off. iud. Anton. de But. in c. si pro debilitate col. 4. de offic. deleg. Tib. Decian. in Apolog. aduersus Alciat. cap. 1. n. 21. Gothfr. in praxi ciu. lib. 1. tit. 5. qui est de statu hom. rubr. de muito. & eleg. idem in l. inuitus. 1 6. in princ. ff. de R. I. Fichard. consil. 20. n. 6. & consil. 45. n. 1 vol 2. & plurimis auctor. confirmat Ludolph. Schrad. de Feud. part. 10 sect. 10. sub n. 36.* Sed etiam ad praestandum patrocinium clienti, de iure per Iudicem compelli possit, *text. in l. 1. §. ait praetor. 4. iuncta glossa ibidem. verb. non habebant. ff. de postuland. l. prouidendum 7. §. 1. si quis. C. eodem Communem laudat Soarez Thesauro recept. sent. tit. A. nu. 93. Mynf. 4. obferr. 32. Gail. 1. obse. 43. n. 5.* etiam ad pauperum miserabiliumque personarum causas defendendas, *ad hoc gloss. est notabilis, in l. 2. C. de prox. sac. scrin. Couar. practic. quaest. c. 6. nn. 4. Lancellot. Polit. de officio Aduocat. cap. 3. Caccealup. eodem tract. quaest. 3. ille n. 11. iste n. 3.* In *Aduocatis Cameralibus est text. apertissimus, in tit. 19. §.* Auff das auch. *parte 1. sicuti commemorat Mynf. d. obser. 32 in princ.* siue aduocatum dari petant siue non petant, *text. in l. 9. §. Aduocatos quoque, & ibi Fulgos ff. de off. proconf. & leg. Bart. in l. 4. §. hoc autem Iudicium. n. 1. circa fin. ff. de damn. infect, Nouella Constit. Imperij, Receß.*

deput.

deput. Anno &c. 1600. §. alß aber auch hierbey. Gail. d. obs. 43. n. 10. & quidem gratis pauperibus patrocinari, siue operas Aduocationis præstare tenetur. *Tiber. Decian. in Apolog. aduersus Alciat. cap vlti. n. 161. Fulu. Pacian. tractat. probat. c. 54. n 61. lib. 1.* & ad hoc compelli potest, non solum sub pœna pecuniaria, sed etiam priuationis officij, *argumento d. l providendum. 7. ibi careat foro, vbi Godfred. C. de postulando. Gail. d. obs. 43. nu. 11. Mynf. d. obse. 32. circa fin. vbi in Camera sic obseruari ait*, ne causa ipsorum indefensa & deserta relinquatur, *quam rationem adducit & comprobat. Rosbach. in processu ciuili d. t. 18. n. 10. in fin.* Quippe Aduocatos denegare, est magnam defensionis partem tollere, *prout optime dixit Cacheran. Pedemont. Decis. 1. n. 13. ex d. l. 14. & hoc dictum Cacherani probat diserte text. in. l 9 §. fin. vers. caterum, ibi: opprimi aliquem vt omnes metuant aduersus eum aduocationem suscipere, ff. de offic. proconf. & legat. & text. in l. sibi auxilium singulorum, C. de postuland.* Quæ naturaliter cuiuis permissa est & concessa, *text. in l. 3. vt vim. ff. de Iustit. & iure. l. 4. & l. 45. §. 4. ff. ad L Aquil. l. 1. §. vim vi. ff. de vi & vi armata; & similibus.* vnde Aduocationis officium publicum & ciuile munus est. *Mynf d. obser. 32. Gail. d. obs. 43. n. 3. Ioan Vincentius Honded. consult. 81. n. 53 vol. 1. cum similibus.* ad quod subeundum quis inuitus cogi potest, *l 2. vbi Dec. ff. de R. I. l. 1. in princ. ff. de administrat. tut.*

Dignitatem † loci quæris in quo resident Aduocati? omitto Rotam Romanam, totius orbis lumen, *Testante Testauro in præfatio. decis. Pedemont. n. 32. in fin.* Parlamentum Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, & cætera Consistoria Regum, Principum ac Dynastarum excolarum excellentissima, & Sacræ Imperialis Cameræ Augustissimum Iudicium duntaxat produco, cuius vel solius respectu honorabile & dignissimum est Aduocationis officium. Est enim Camera Imperialis, in nostro, quantumcumque adhuc est Imperio, Asylum & refugium oppressorum, ornamentum atque lumen patriæ splendidissimum, iustitiæ officina incomparabilis, Consistorium, atque Collegium, quo in toto Christiano, imò terrarum orbe, Augustius, Magnificentius, Nobiliusque nullum est, quod laudatissimi quique Imperatores, Iulius Cæsar, Augustus, Alexander, Marcus Aurelius, Constantinus Magnus, Iustinianus, Carolus Magnus, & ceteri, 6.

si cum ea, quæ suis temporibus Imperij Romani erat, amplitudine adhuc superessent, merito suspicerent, admirarentur, collaudarent, venerarentur & extollerent *attestante Pet. Frid. Mind. in Epist. dedic. vers. At vero cum &c. lib. 1 de Process.* Siquidem summum Imperij & statuum tribunal est. *Mynf. d. obs. 32 Gail. l. 1. obs. 42. n. 3. & obs. 43. n. 8.* quin vices Sacræ Cæsareæ Maiestatis Procerum, omniumque Imperij ordinum sustinet. Immo ipsam Imperatoriam Maiestatem, *quoad Iustitiæ administrationem in causis ciuibus. Gail. 1. obs. 29. n. 2.* Proceres, omnesque Ordines Imperij repræsentat, *prout ex Ordin. Cam. parte 1 tit. 8. & Memorial. Anno &c. 1570. § 1, ibi* Da die Beysitzer/ neben dem Herrn Cammerrichter die Kay: May. Chur vnd Fürsten/ vnd alle Stende des Reichs dieß orts representiren/ dilucide apparet. *refer. Greuen lib. 1. pract. conclus. 1. n. 1.*

7. Personas † vel in summa dignitate collocatas quæris, quæ huic studio præfuerint; silentio inuoluo inter priscos Romanos Germanicum Caligulæ patrem, quem omnes miris laudum præconijs extollunt, qui orauit causas etiam triumphalis, *vt à Suetonio traditum est in ipso Caligula cap. 3.* Martinum, inter nostros Icceleberrimum, *qui potest v deri Aduocatus fuisse ex l. vlt. §. vlt. in fin. ff. C. de statu defunct.* Paulum, alterum IC. *qui plane attestatur se huiusmodi officij munere functum, in l. quæsitum 78. §. cum vir ita. 6. ff de leg. 3.* Ciceronem, Sextum Aelium, Sempronium, Seruium Sulpitium, & plurimos alios, qui summis semper in Republica muneribus & honoribus sunt affecti. Inter Iuris interpretes sicco pede prætereo: Accursium, Azonem, Bartolum, Baldum, Paulum de Castro, Alexandrum ab Imola, Iasonem & similes Iurisprudentiæ proceres, qui summis semper Imperatorum, Regum, & Principum iudicijs consulendo & Aduocādo præfuere. Nec dicam ipsum Dominum gloriæ, *1. Cor. 2. vers 8.* Saluatorem nostrum, & vnicum Mediatorem, quin & studiorum nostrorum benignissimum directorem IESVM CHRISTVM, *cuius sanctissimi nominis memoria in præsentia pie erat recolenda*, Aduocationis prouinciam multis vicibus, quamuis extraiudicialiter, sustinuisse, *sicuti ex nostris pluribus eneruat Ioan Baptist. Caccialup. in suo de offi. aduocat. tract. quæst. 1. n. 2. 3. 4. 5. & 6.* de Daniele liberante Aduocando iudicialiter Susannam, notissima est Historia *Dan. 13 vers 46.* Et Ionathā, patruus Dauid consiliarius, vir prudens & Iurisperitus fuit. *text. 1. Paralip. siue Chronicor. cap. 27. vers. 32.*

8. Quare non iniuria † quis dixerit laudabile, vitæque hominum necessarium esse Aduocationis officium, *l. 1 & l. 4. C. de aduocat. diuers. iudicum Mynf. d. obs. 32. Gail d obser. 43. n 4.* maximeque principalibus præmijs oportere remunerari, *d. l. 4. & toto tit. C. de aduocat. diuers. iudic.*

Et

Et Aduocatos non modo Medicis esse præstantiores ratione subiecti, *Laurent. Sylua. consil. 20. n. 6. vol. 1.* Siquidem medicina scientia præcise ad curationem corporis tendat, scientia vero legalis principaliter ad curationem animi, *vt inquit Abbas in c. 1. Clerici, de iud. Natta consil. 1. col. 1. n. 2.* at clarum est animam digniorem esse corpore, *Matth. 6. vers. 25. l. sancimus in fin. C. de SS. Eccles. c. præcipimus. 12. quæst. 2. Calcan. consil. 102. col. 3. refert & sequitur Nicol Mozz. de contract. tit. de locat & conduct. in princ. n. 16.* Verum etiam Aduocatos ducere vitam meliorem, quam fratres Prædicatores, vel quosuis alios religiosos, *post Arm sing. 23. Borg. Caual. Finiz. decis. 33 n. 21. p. 1. & his accedit Francisc. Viu. Neap. Decis. 123. n 24. & notauit per Hostiensi. & Albericum De Rosata. Ioan. de Arno. in sing. suo. 23. incip. spe audiuisti.* Iustitiam namque colunt: & boni & æqui notitiam profitentur: æquum ab inquo separantes, licitum ab illicito discernentes: bonos non solum metu pœnarum, verum etiam præmiorum quoque exhortatione efficere cupientes: eoque respectu merito quis eos sacerdotes appellauerit. *Vlpianus in l. 1, §. 1 cuius merito ff. de Iustit. & iure* & ij qui Iustitiam colunt sacris Dei vacare dici possunt, *prout docet & iuris textibus probare conatur Godfred. ad d. l. & §. 1. cuius merito ff. de Iustit. & iure.* Plura pro expeditione materiæ de Aduocatis vide *text. gloss. & Dd. in tit. C. de Aduocatis diuersorum iudiciorum, & l. 1. §. 11. & l. 14. C. eod. quibus adde text. Arti. 60 lib. 1.* Landrecht. *Legum in Methodo iur. ciuil. parte 5. cap. 1. n. 7. Rosbach. d. processu ciuili. tit. 18 de aduocatis*

Hanc iurisprudentiæ Aduocatorumque necessitatem ac dignitatem mecum olim circumuoluens, animum ad Iuris facultatem appuli, atque in ea in celebrioribus Germaniæ Academijs iugiter per aliquoa annos, *quod citra philautiam aut iactantiam aliquam dicere fas est, argento eorum quæ tradit Schneid in procem. Instit. §. quorum, n. 1.* militaui. In patriam vero ante biennium reuersus, cum quibusdam Consilia siue Responsa quædam communicassem, ecce Amici & Fautores quidam singulares, quorum omnium apud me plurimum valet & valere debet auctoritas, hoc præsens duntaxat vt in lucem prodire paterer, vnice â me petierunt. Quid facerem? Non pauca quidem in mentem mihi venerunt, quæ fortiter Consilij dissuadebant editionem, inprimis vero illud Senecæ *in Epist.* Quotiescunque scripturus es aliquid, memento te hominibus Chyrographum, *quia iuxta tritum: litera scripta manet, vox audita perit;* dare Morum tuorum. Detegimur enim in scriptis nostris, & subijcimur oculis pene nudi, cum depingant ingenium, adfectum, iudicium, imo vitam, nec vana imago istic, *prout vere dixit Lipsius in Epist. præfat. ad lectorem.* Ego vero tenuitatis meæ mihi probe sum conscius, & Iuuenilem

meam ætatem, ac, quod in ea adhuc eſt, fragile iudicium, balbutiem, infantiam ac imperitiam, *cum Moſe Exodi 4. verſ. 10 & Ieremia 1. verſ. 6.* candide confiteor, & vt cœleſti virtute ex alto inſtruar, deuote peto. Deinde & illud occurrit, quod qui ſcribit, multos habeat Iudices oportet, multorumque cenſuris ſe ſubmittat. *Hieronymus in Epiſt. ad Praſidium, & in Epiſt. ad Vigilantium in expoſitione Symboli.*
9. Plurimos † enim reperies, qui in facie gloriantur & non in corde, *2. Cor. 5. verſic. 12. tex. Ierem. 9. verſ. 8. & Pſal. 5. verſic. 7. 10. & cap. 38. verſ. 13. & cap. 62. verſic. 5. & cap. 65. verſ. 22. & cap. 82. verſic. 3.* Qui coram te blande loquuntur, ſed abſente te verba inuertunt. *Syr. cap. 27. verſ. 26.* idque quod boni eſt excerpunt, quod mali eſt dicunt, *ſecundum Terent. in Phor.* nihilque niſi quod ipſi faciunt, rectum putant, *prout idem Terent. ait in Adelph. Act. 1. Scena 2.* aliorum facta cum virtute coniuncta, & opera præclara cauillantur calumnijſque traducunt, & ſi quid boni vident, in peſſimam rapiunt partem. *Syr 13. verſ. 33.* metuentes ne ſibi pars gloriolæ ex inaniſſimis ſplendoris inſignibus collectæ, præripiatur. Vulgare hoc nimis vitium eſt. Rarum namque inuenies qui irreprehenſibilem vitam ſuam exhibere velit, vt is non libenter reprehendat alienam: tantaque huius mali libido mentes hominum inuaſit: vt etiam qui procul ab alijs receſſerunt, in iſtud tamen, quaſi in extraneum Diaboli laqueum, incidant. *teſtante Hieronymo ad Cleant.* Adeoque eo deterius, quo apud iſtos, qui alios ſanctitate, pietate, eruditione, atque eminentia præcellere videri volunt, familiarius: Peior ſiquidem detrectatio in magni nominis viris, quam in plebeijs, *Auguſtinus cont. Petilian.* Et ſecundum Pietam

Omne animi vitium tanto conſpectius in ſe
Crimen habet, quanto qui peccat maior habetur.

Ita Ioannem Baptiſtam, qui maximus erat inter natos de muliere, *Matth. 11. verſ. 11.* viuebat ſanctiſſime. *Matt. 3. verſ. 4. & ſeqq.* Dæmonium habere dicebant Phariſæi: *Matth. 11. verſic. 18.* Quid deſiderari poterat in Chriſto? in cuius ore dolus inuentus non erat? *Eſa. 53. verſ 9 & 1. Pet. 2. verſ. 22.* & erat ſanctus ſanctorum. *Dan. 9.* ſegregatus à peccatoribus *Heb. 7. verſ. 26. & 1. Iohan. 3. verſ. 5. in fine 1.* edebat tot miracula & benefaciebat. *Act. 10.* ſanabat tot ægrotos. *Matth 11.* ad pœnitentiam vocabat peccatores. *Matth. 9. verſ. 9.* &c. & tamen à Phariſæis dicebatur homo edax, ac vini potator, amicus publicanorum & peccatorum, *Matt. 11. verſ 19. Luc. 7. verſic. 34.* ſeductor populi, *Matth. 12.* habere Diabolum, *Iohan. 8. verſ. 48. & cap. 10. verſ. 20.* expellere dæmonas per Sathanam,

nam. *Matth. 12. versic. 24. Luc. 11 Vers. 15.* Istiusmodi nimirum Pharisaicos obtrectatores super hoc Responsum meum exstituros, illudque ab omni parte insultaturos non dubitaui. Verum ego summorum & fautorum & Amicorum precibus morem potius gerere, quam eiusmodi obtrectationes & calumnias, vel titiuilitij huius æstimare malui. Malis siquidem displicere, laudari est. Male isti loquuntur, quia bene loqui nesciunt. *Ter.* Et faciunt non quod quis meretur, sed quod solent. *prout rectissime de ijsdē sentit Seneca Epist. 77.* At cum bono viro nunquā vlla de re innascatur inuidia, *quod Plato in Timaeo habet* quæ vitiū Diabolicū *Augustinus l. 1. de doctrin. Christ.* œstrum impuri Spiritus. *Gregorius Nazianzenus in Eccl.* hominem in Dæmonem immitissimum conuertit. *Chrys. in homil. in Iohan.* odiumque est alienæ felicitatis. *Augustinus l. 3. moral.* Nihil mihi, *cum Cicerone pro Cluent.* susceptâ inuidiâ tam optandum, quam æquum iudicium.

Quia vero, Magnifici, Nobilissimi, Amplissimi, Clarissimique viri, inueterata scribentium consuetudine feliciter antiquitus introductū & laudabiliter hactenus obseruatum fuit, vt vel Patronos illi & promotores summos, vel Fautores & amicos singulares seligant, quorum nominibus scripta sua honorifice consecrent: Ego etiam vobis merito hoc quicquid est chartacei muneris, ea qua par est obseruantia inscribere & consecrare volui: Vestra, Scripti, & Mea causa.

Vestra, cum, quod vobis olim cum p. m. parenti meo FRANCISCO Freytag in Leunen / singularis intercessit familiaritas, ad quam vt me similiter admittatis, non iniquum quis existimauerit. Siquidem vt rei familiaris, sic & amicitiæ paternæ liberis capienda est hæreditas *testante Isocrate in Orat. ad Demonicum.* Tum, quod literas & literatos, inprimis vero Iuri deditos, summâ beneuolentia & fauore prosequimini. Scripti; quia eidem, tanquam obscuro per se fœtui nuper excluso, à vestri generis & virtutis splendore, aliquid lucis, ornamenti, & auctoritatis mihi accipiendum putaui, quo eo minus à maleuolo Zoili dente rodi queat. Friuolū enim & nullius pretij Responsum, quod nec labor excudit, nec cura limauit, sine ingenij acumine sparsa collegi, & integraui lacerata, *in eandem tamen methodi catenam, vt vnius animi, in eandem verborum vestem, vt vnius calami videantur.* quod ridere magis, quam laudare quis posset. Meâ, quia quidquid hoc oblati muneris & studij est, illud perpetuum Vestræ erga me, beneuolentiæ, ac singularis erga vos, meæ obseruantiæ monumentum esse volo.

His, inquam, causis impulsus, hoc meum Responsum, sub vestro potissimum nomine, in publicum prodire volui, vos vero vt spero, illud æqui bonique consuletis, neque ex munere animum, sed ex animo munus æstimabitis, meque deinceps fauore & beneuolentia vestra commendatum habebitis. Nulli quippe tam clarum statim est ingenium. vt emergere possit, nisi ei materia, occasio, fautor etiam commendatorque contingat. *testante Plinio lib 6. Epist 32.* Et paucos nuda virtus aut doctrina euexit, *Lipsius in Epist.*. Nec plura superaddam, nisi vt vos vestrosque Deo commendem, his præsertim temporibus, vbi prô dolor, pleraque in peius ruere videntur.

Lunæ, DeCIMoqVInto
IanVarII.



DE

DE METHODO SIVE ORDINE IVRISCONSVLTORVM, QVEM OBSERuant in Consilijs conscribendis.



N frontispicio sciendum est, quod scribit Eberhardus *in Topicis. loco ab ordine, n. 1.* Ordinem plurimum habere momenti, tum in discendo, tum in docendo, tum in proferendo, tum in coniecturando, tum in prælatione, tum in exequendo, tum in similibus. Et hinc non sine causa Paulus Apost. *1. ad Corinth. cap. 14. in fine*, iubet, omnia honeste & secundum ordinem fieri. Et IC.ti in iure ordinem habent, cuius quidem loci argumentum frequens admodum est in libellis, iudicijs, contractibus, testamentis, & vltimis voluntatibus: *id quod annotauit & Bald. in l. conuenticulum. C. de Episc. & cler.* Quin imo argumentum ab ordine vsqueadeo interdum validum, necessarium & efficax est, vt peruersio vel præposteratio ordinis reddat actum nullum, *ita sentit Archi. in ca. si rector. 43. distinct. & probat. in c. venerabili, de offic. delegati. in ca. Pisanis, de restit. spol. & in ca. cum dilecta, de rescript. Glosa in c. Metropolitano, 63 distinct. & in c. vt euidentur. 1. q. 1. & in c. alienus, 24. q. 1. & in c. si quis iusto impedimento, de elect. lib. 6. & c. 1. c. mandato, de praben. eod. lib. & in c. 1. 20. distinct. & in pluribus alijs locis.* Quilibet autem actus Iuridicus suum ferę habet peculiarem ordinem.

In Consilijs vero scribendis IC.ti hunc ordinem obseruandum præcipiunt. Primo facti speciem, siue casum proponant breuiter & dilucide, ita vt quæ primo loco gesta sunt, primo loco exponantur, & rerum ac temporum seruetur ordo, adeo vt *Species* vna ex alia nasci videatur, & Personæ, Loca, Tempora, Causę, Qualitates ac Euentus inter se mutuo consentiant. *Tiber. Decian. in apolog. pro Iurisprudentibus aduersus Alciat. c. vlt. n. 26. & 27.*

Præscriptâ facti specie, ex ea colligantur Quæstiones & status causę, si plures & varij sunt, qui poterunt ex his tribus locis sumi & deduci, videlicet. Num sit? Quid sit? Et quale sit? *Decian. supra citato loco, n. 31. Herm. Vult. lib. 2. I. R. cap. 2.* vbi illas quæstiones An, & Quale sit ad factum, Tertium ad ius pertinere tradit. Nam in facto & Substantiæ, & adiuncta sunt consideranda. Ad Substantiam pertinet quæstio, An sit: ad Adiuncta Quale sit. Adiuncta sumuntur ex circumstantijs potissimum Personarum: *vt aliter puniuntur serui, quam liberi*: vel Temporum,

 vt tem-

vt tempus discernit furem diurnum à nocturno: Vel Locorum; *sic locus facit vt idem vel Furtum vel sacrilegium fit:* vel causæ: *emendatitia non est talis causa verborum, qualis iniuria:* vel qualitatis: *furtum manifestum, & nec manifestum, diuersa sunt qualitate:* vel quantitatis: vel euentus, *qua de re eleganter differit Claudius I C.tus in l. aut facta. 16. per tot ff. de pœn. vide etiam l. iusiurandum, 34. §. non semper & vbi Accurs. & Bart. in §. ait prætor, n. 2. ff. de iureiurando. l. Pomponius, 15. ff. de negot. g. st. & l. 1. ff. de pœn. & l. nonnunquam 12. ff. de Iudic.*

Quæstionibus ita breuiter positis, Inuocatio Dei in Consilio ex intimo cordis affectu subiiciatur, *Decian. d. c. vlt. n. 36. & 37.* Consideret postea quæ argumenta quæstionibus suis sint aptiora. *Cic. in Topic.* Ad quæstionem iuris sumuntur probationes, vel ex scriptis Legibus, vel ex Statuto, vel ex Consuetudine, vel ex æquitate. *Vult. I. R. lib. 2. cap. 3.* Ex locis tam Actor quam Reus sua potest desumere fundamenta. Consulens autem in Consilio, ea argumenta primo loco collocet, quæ sibi sunt contraria. Deinde suam sententiam: eamque confirmet firmioribus Argumentis in principio positis, *text. in c. 2. ext. de summa trinit. & fide Cathol. vbi id notat Iohan. de Imola.* Quod enim vltimo dicitur magis cordibus hominum infigitur, & melius memoriæ commendatur, *c. liquido, iuncta Glossa de consecra. distinctione secunda, & commemorat Specula. in tit. de disputa. & allega. §. post hoc. in fine.* cui satis consonant Cicero, Fabius, Rodolphus Agricola, & alij volentes firmissima argumenta in principio & fine locanda esse, debiliora velut in medium agmen recipienda, *testante Eberhardo in praeamb. n 17.* Hinc Ramus *lib. 2. Dialect. c. vlt. in fin.* Oratores, inquit, ad victoriam omnia referunt, itaque non tam docendi, quam permouendi gratia firmissimum quodque primum ab ijs collocatur, dum tamen ea, quæ æque excellunt, seruentur etiam ad extremum, & Homerica dispositione mediocria in mediam turbam atque gregem conferantur. *confer eleg. Meisterum in Rhetor. pagina (mihi) 828. in princ. col. 1.*

Vltimo respondeat ad contraria. *text. in c. per nouale 21. vbi Panor. n. 1. notab. 1. ext. de V. S.* Diuersæ tamen sunt hac de re sententiæ & IC.torum & Philosophorum, *vide Decian. d. c. vlt. n. 48. & seqq. Port. ad §. singulorum n. 4. Instit. de rerum diuis. Riminald. consil. 112. n. 3. Lescurt. in princ. l. lecta. ff. de reb. cred. si cert. pet. Aristot. 3. Rhetor. & 3. Metaph. 1. vbi eius interpretes.* Et hic est Ordo quem obseruant IC.ti in Consilijs componendis; quem & ego in hoc sequenti Consilio obseruandum duxi.

A

AB IOVE
CONSILIVM

SVMMARIA.

1. *Veritas ex contrariis magis elucescit.*
2. *Disputando veritas facilius inuenitur, & magis splendescit in lucem.*
3. *Auxilio diuino omnes actus humani sunt inchoandi & instituendi.*
4. *Legatum dotis tacitam habet conditionem nuptiarum, declaratur, n. 259 260. 261.*
5. *Dos sine matrimonio esse non potest, declaratur. n. 262.*
6. *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*
7. *Legatū conditionale non trāsmittitur ad heredes si honoratus pendente conditione decesserit. ampliatur n. 14. & 15. declaratur n. 243. & seqq. & n. 263.*
8. *Conditio est futurus euentus in quā dispositio suspenditur. confer n. 182 183.*
9. *Dispositio conditionalis necessarium debet habere exitum.*
10. *Conditio in forma specifica adimpleri debet declaratur n. 252.*
11. *Sufficit conditionē semel esse impletā & si non durauerit impleta.*
12. *Sufficit conditionem momento impleri vt legatum debeatur.*
13. *Deficiente conditione perinde est ac si dispositio facta fuisset.*
16. *Tacitum & expressum procedunt ex eadem potentia caussa efficientis. nu. 59. & 171.*
17. *Regulæ standum est, quoad nimirum casus regulæ cōtrarius probetur exceptus,*
18. *Aduerbia cum & quando diem incertum inducunt.*
19. *Dies incertus in testamento conditionē facit. extenditur ibid. declaratur n. 264. 265.*
20. *Cessante vel non existente ratione siue causa dispositionis, cessat ipsa dispositio. declaratar. n. 266.*
21. *Sublato fundamento corruit ædificium.*
22. *Limitata causa limitatum producit effectum.*
23. *Legatum determinatur secundū causam sibi annexam.*
24. *Argumentum à contrario sensu in vltimis voluntatibus est frequentissimum & vtilissimum.*
25. *Argumentum à contrario sensu in vltimis voluntatibus est receptissimum. declaratur. n 267. & seqq.*
26. *Voluntas agētis ante omnia attēdēda,*
27. *Voluntas agentis ex verbis colligitur.*
28. *Verba mentem significant & declarāt.*
29. *In testamentū nihil est tam proprium quam claritas.*
30. *Vbi verba sunt clara non admittitur quæstio voluntatis. confer n. 39.*
31. *Durum est à claris testatoris verbis recedere propter. coniecturam satis leuem & fallacem.*
32. *Verba testatoris & legum eundem recipiunt intellectum. declaratur num. 279.*
33. *Quod lex vel textus aperte non dicit atque disponit, nos quoque dicere non oportet.*
34. *Statuta & vltima testatorum dispositiones quoad interpretationem à pari procedunt declaratur d. n. 279 et 280.*

35. *Statuta ad vnguem & ad literam, prout iacent, accipienda sunt. declaratur d n. 279. & 280.*

36 *Verba sententiæ & testatoris, eodem modo sunt accipienda. declaratur n 281.*

37. *Verba sententiæ stricte intelligi debent.*

38. *Inclusio personæ vel rei, est exclusio alterius. declaratur n. 282.*

†. *Extensio de persona ad personam non admittitur aliquo modo, declaratur n. 283.*

39. *In claris nulla est admittenda quæstio aut hæsitatio. vide 5. n. 30.*

40. *Casus omissus habetur pro omisso, declaratur n. 284. & seqq.*

41. *Testator non præsumitur aliud velle quam quod verbis expreßit declaratur n. 290. & seqq.*

42. *Testamento morte testatoris confirmato, nemo potest quicquam addere.*

43. *Hereditas non adita, non transmittitur, declaratur n. 293. & seqq.*

44. *Fideicommissum siue legatum non agnitum, non transmittitur.*

45. *Priuatio præsupponit habitum, n 23. & 293.*

46. *Ius accrescendi, ex tacita testatoris voluntate inducitur & n. 300.*

47. *Testator in dubio præsumitur quanto minus potest, grauare voluisse heredem. declaratur n. 301.*

48. *Pater regulariter plus primogenitum quam alios diligere præsumitur. declaratur n. 303.*

49. *Qui iure suo vtitur, nemini facit iniuriam.*

50. *Quo ad diuisionem, parentum statur iudicio declaratur n. 306.*

51 *Nemo melius quam pater, pro liberis suis, consilium capere creditur.*

52. *Non debet displicere filijs. quod patri placuit.*

53. *Quilibet rei suæ moderator est & arbiter.*

54. *Pater de bonis suis disponere potest pro arbitrio, dummodo liberis legitimam suam relinquat.*

55. *Testator pœnam priuationis testamento adijcere potest, contra heredem vel legatarium, in casum non obseruatæ voluntatis, eo testamento expressa.*

56 *Liberis qualiscumque voluntas patris seruanda est, quantumuis nulla legum solemnitate confirmata fuerit. confir. n 206. & 207.*

57. *Parentes colere & reuereri omni iure iubemur. declaratur n. 307*

58. *Coniectura aliquando ex ipsis testamenti verbis, aliquando extra verba, seu ex tacita mente ipsius testatoris colliguntur.*

59. *Ex legitimis coniecturis, euidens demonstratur voluntas testatoris.*

60. *Coniecturæ operantur transmißionem non solum ad vtilitatem descendentium, sed etiam ad commodum heredum extraneorum, Legatarij vel fideicõmissarij. & n. 248.*

61. *Voluntas testatoris & cuiuscumque disponentis, ratione probatur & demonstratur. confir n. 146.*

62. *Ille non loquitur sine lege, qui allegat rationem.*

63. *Licet ratio non fuerit testamento expressa, si solũ potest excogitari & assignai*

ſignari, perinde habetur ac ſi eſſet expreſſa & n. 28.

64. *Legatum in certum ætatis tempus conceptum, non Conditionale ſed purum eſt, & ad heredes transmittitur.*

65. *Legatum dotis filiæ quæ legitimam non recepit, relictum omni modo purum dicitur.*

66 *Pater neceſſariò liberis legitimam relinquere tenetur, & quidem titulo inſtitutionis.*

67. *Legitima liberis ex legis prouidentia, & non iudicio teſtatoris debetur.*

68. *Si pater bona diſſipet, agere filij poſſunt, vt aliqua ex hiſce pro legitima & alimentis eis ſeparentur.*

69. *Filij, quo ad legitimam, vero Creditori æquiparantur.*

70. *Legitima non agnita transfertur ad quoſcunque heredes, etiam extraneos & n. 241. & 295.*

71. *A fideicommiſſo piæ cauſæ, legitima ſine onere detrahi poteſt.*

72 *Magis quo ad legitimam, fauetur liberis, quam Eccleſiæ, aut aliæ piæ cauſæ.*

73. *Legitima cõſuetudine aut ſtatuto tolli non poteſt.*

74 *Legitimæ grauamen, aut conditio adijci nequit. & nu. 70. & 242.*

75. *Fœmininum genus etiam cum ad perfectam ætatem peruenit, contra propria commoda laborare ſolet. & 275.*

76. *Fœminæ facile blanditijs & pollicitationibus ſeduci poſſunt. & n. 225.*

77. *Pater ſi legauit filiæ dotem & inſtit eam ſtare tacitam & contentam ea dote præſumitur legaſſe pure. extenditur n. 79.*

Idem, ſi filiæ reliquit dotem, & interim alimenta n. 80.

78. *Surrogatum ſapit naturam ſui ſurrogati. & n. 293.*

79. *Quando pater reliquit filiæ dotem tit. inſtit. eam pure legaſſe cenſetur, etiamſi ſtatutum extat. quod extante maſculo, filia non ſuccedat.*

81. *Dos & alimenta æquiparantur. & n. 87. confer n. 184. & ſeqq.*

82. *Pater hodie filio ſuo, vel filiæ ſpuriæ dotem ſicut alimenta dare vel relinquere tenetur.*

83. *Quemadmodum non poteſt alimentis renunciari, ita nec iuri dotis, nec quidem cum iuramento.*

84. *Alimenta iure naturali filijs debentur.*

85. *Legatum, quod teſtator etiam nuptijs non contractis filiæ fuiſſet legaturus, purum eſt*

86. *Libertas & pia cauſa æquiparantur.*

87. *Magnam in ſe pietatem dos habet, cauſiſque pijs & alimentorum æquiparatur. & n. 81.*

88. *Opinio vnius Doctoris pro dote, præferenda eſt contrariæ, etiamſi ex communi D D. calculo recepta ſit.*

89. *In dubio pro dote iudicandum eſſe dicitur.*

90. *In dubio in fauorem piæ cauſæ ſemper iudicandum, etiamſi ſuſtineat Actoris partes.*

91. *Plurima fauore dotis contra iuris communis regulas permiſſa & conſtituta ſunt.*

92. *Si teſtator plures habens filias omnibus*



116. Nullum est ius ciuile, quod non à consuetudine mutari possit.
117. Causa testati regulatur à causa intestati.
118. Parentibus integrum non est liberos beneficio à legibus ipsis indulto, defraudare.
119. Actus cuiusque hominis ita debet exponi & interpretatione mitigari, vt quamminimum noceat iure alieno.
120. Interpretatio quæ benignior est, & ad ius commune propius accedit, erit assumenda. confer num. 92. & num. 230.
121. Argumentum à dispositione legali, ad interpretationem vltimæ voluntatis, frequens, forte & efficax est.
122. Aequalitatem parens in dubio inter filios seruare voluisse præsumitur, quamuis in aliquibus eam non seruauerit.
123. Lex plurimum inter filios amat æqualitatem.
124. Interpretatio per quam disparitas siue inæqualitas inter liberos inducitur tum naturali æquitati, tum iuri communi, tum etiam amori & affectioni paternæ non est consentanea.
125. Inæqualitas inter filias generat inuidiam & discordiam
126. Humana eaque mutua pietas parentes & liberos coniungere debet.
127. Pater pro filiis optimum plerumque capit consilium.
128. Parentis pii & boni cura vel in eo maxime consistit, vt filii inuicem concordes viuant.
129. Summa beneuolentia & amore parentes filios suos complecti & prosequi solent
130. Parentes filios magis, quam se ipsos diligunt.
131. Pater & filius vna eademque persona censentur.
132. Parentes cuiuscunque generis, status aut conditionis etiam sint, communiter omnes amant liberos, quod exemplis biblicis ibid. declaratur.
133. Liberi sunt egregium donum Dei.
134. Nihil dulcius hominum generi à natura datum quam sui cuique liberi.
135. Liberi sunt imago animi nostri.
136. Parentes liberos omnes æqualiter amant.
137. Leges omnes hoc suadent, vt liberi æqualiter ad parentum successionem vocentur, nullo habito respectu masculini & fœminini generis, quod extendit. n. 141. 142. & 191.
138. Paritas rationis, paritatem causat dispositionis.
139. Illa quæ in radice & causa sunt adæquali, adæquantur etiam in effectu.
140. Argumentum à pari semper procedit in correlatiuis.
141. Statutum exclusiuum fœminarum, non tantum est contra ius commune, sed etiam contra naturalem æquitatem.
142. Liberi vtriusque sexus, ad ascendentium hereditatem vocantur iure repræsentationis in infinitum.
143. Ex præfatione siue prooemio alicuius dispositionis, eiusdem causa impulsiua & finalis colligitur. & n. 179.
144. Mentem & voluntatem disponentium ea indicant, quæ in prooemio expressa sunt, quod & in vltimis voluntatibus procedit. n. 145. & 178.

146. Si-

146. Sicut ratio limitat, restringit & declarat dispositionem legis, ita etiam limitat & declarat dispositionem testatoris. confern. 6..62. & 63.

147. Iura in omnibus aequalitatis sunt studiosissima, eamque seruari praecipiunt.

148. Litium & discordiarum euitandarum causa est vrgentissima.

149. Pro seruanda aequalitate multa specialia à legibus inducta sunt.

150. A verborum proprietate aliquando receditur, vt seruetur aequalitas.

151. AEqualitas si vspiam seruanda, certè inter fratres seruanda est.

152. Aequalitatis seruandae gratia sapè ea conferenda sunt, in quibus aliàs non esset locus collationi.

153. Aequalitatis seruādae causa inter filios praelegata non imputantur in legitimam, quae alias imputarentur.

154. Ad conseruandam aequalitatem pater praesumitur tantam dotem dare vni filiae, quantam alteri.

155. Imperfecta parentis voluntas tunc demum velat si aequalitatem inter liberos constituat, & n. 190.

156. Aequalitatis seruāda gratia inter descendentes testatoris etiam legatū conditionale transmittitur, & num. 253.

157. Non tantum inter filios eiusdem, sed etiā diuersi matrimonij aequalitas seruanda est.

158. Paterna voluntas ex bono & aequo tuenda est.

159. Verba in testamentis naturaliter & non ciuiliter intelligenda.

160. Testamenta sanè & arbitrio viri boni & discreti interpretari debent.

161. Testator creditur velle inter liberos aequalitatem.

162. Legatarij fauorē in legatis interpretandis potissimum expendere debemus.

163. Quilibet praesumitur appetere honorem & incrementum dignitatis suae agnationis. & n. 302.

164. Interpretatio, quae facit ad conseruandam agnationem fauorabilis censetur.

165. Reipublicae interest vt salua sit dignitas familiarum.

166. Familia sine opibus ac diuitijs conseruari propagarique nequeunt.

167. Voluntas testatoris qui decorem familiae respexit, tamquam fauorabilis & publicam respiciens vtilitatem debet interpretatione adiuuari.

168. Vt agnatio & familia testatoris conseruetur, legatum etiam conditionale transfertur.

169. Voluntas & dispositio testatoris ita est interpretanda, vt comprehendat casum illum de quo si cogitasset ita verisimiliter disposuisset.

170. In vltimis voluntatibus pro expresso habendum est quod testatores interrogati verisimiliter respondissent.

171. Par est virtus taciti & expreßi, & n. 16. 59.

172. Argumentum à verosimili, plurimum valet ad coniecturandam mētem & voluntatem testatoris, ac praecipuum in vltimis voluntatibus locum habet.

173. Argumentum à verosimili in qualibet materia locum habet.

174. Verisimile habetur pro expresso.

175. Affectio testatoris plurimum valet in coniecturanda eius voluntate.

176. *Magis verisimile aliquid vel eo tantum nomine esse dicitur quod iuri communi magis consonum sit.*

177. *Verisimile non est testatorem frustra testari, aut actum inutilem facere voluisse.*

180 *Nullum verbum, imo nullam syllabam in contractu otiose positam esse oportet.*

181. *Argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, in iure validum, frequens & vtile est.*

182. *Actus conditionalis non est actus.*

184. *Dos est debitum necessarium patris à lege introductum. confer n. 81. & seqq.*

185. *Pater non potest liberis in legitima praeiudicare, sed eam pure relinquere debet.*

186 *Dos pure relicta praesumitur non solum pro parte legitimae, verum etiam pro ea quantitate qua excedit legitimam*

187. *Vnum & idem legatum, sicuti & qualibet res alia, diuerso iure censeri non potest.*

188. *De connexis siue coniunctis idem est iudicium, cum habeantur pro vno & sint indiuiduum.*

189 *Idem iuris statuendum est in parte quo ad partem, quod in toto quo ad totum, quia pars sequitur naturam sui totius.*

190 *Testamentum in quo liberi sunt ex inaequalibus partibus instituti, non valet. confer n. 155. declaratur n. 213.*

191. *Spes naturalis, ratio ciuilis, ac votum paternum liberos aequaliter ad successionem vocare consueuit.*

192. *Ea opinio omnium varietate stante amplectanda est, quae magis aequitati conuenit, & à rigore discedit. confer n. 120. & n. 239.*

194. *Testamentum quod omnino nullum, nullum quoque poterit sortiri effectum.*

195 *Nullum esse oportet, quicquid consequitur ex eo quod nullum. & n. 198.*

196. *Quod nullum est, id de iure perinde habetur ac si omnino factum non esset, nec tractu temporis reconualescere illud potest.*

197. *Omnis actus ita accipi debet, ne elusorius & superfluus reddatur, sed vt quid operetur, & valeat potius quam pereat. & n. 202.*

198. *Actus nullus effectum etiam nullum parit.*

199. *Illa praesumptio qua actus sustinetur est caeteris praestantior.*

200. *Testator non frustra testari aut inutilem dispositionem facere voluisse praesumitur.*

201 *Testator actum validum potius, quam frustratorium facere voluisse praesumitur.*

202. *Testandi actum ita interpretabimur vt potius valeat quam euertatur.*

203. *Receditur à propria verborum significatione, ne fideicommissum reddatur inutile.*

204. *Reipublicae interest quod testamenta conseruentur.*

205. *Testamento contradicens probare tenetur.*

206. *In dispositione paterna inter liberos*

D facta,

facta plurima contra iuris communis regulas recepta sunt.

207. Sufficit qualiscumque testatio, vt de voluntate paterna constet quoquo modo confer n. 56.

208 Nulla dispositio sic intelligi debet vt inducatur absurdum. & late n. 279.

209. Inprimis vltimæ defunctorum voluntates, sunt humaniter, & pie interpretandæ.

210. Nemini ius suum sine legitima causa iuncte auferri potest, ne quidem ab Episcopo. aut summo Principe.

211. Ea quæ illicite & contra iura legumque prohibitionem, bonosque mores sunt, ne quidem facere nos posse credendum est & n. 224.

212. Dispositio testatoris præsumitur facta in eo casu, quo de iure fieri potest, vt valeat.

213. Sicut lex debet esse iusta, rationabilis, & possibilis, ita etiam vltima voluntas testatoris.

214. Coniugium Deo placere probatur.

215. Coniugium honorabile est inter omnes, etiam Episcopos & Sacerdotes

216 Mulieres ad hoc natura progenuit vt partus ederent, & maxima in hoc eis cupiditas est constituta.

217. Renunciatio cogitatione religionis facta per renuntiantem ad seculum reuersum potest reuocari.

218. Renuntiatio vt procedat, iuramento formiter opus est.

219. Filia quando enormiter est læsa, etiam iurata renunciationi contrauenire potest. & n. 223.

220. Enormis læsio doli præsumptionem inducit.

221. Vbicumque filia dolose est inducta ad renunciandum, renunciatio non valet, etiamsi sit iurata.

222. Enormi læsioni non potest filia in specie renunciare.

223. Renunciatio enormis, quantumuis iuramento firmata sit, nihilominus rescissionem meretur. & n. 2 6.

224 Quæ cum pietate. verecundia honestate. & legum præceptis pugnant, ea ne quidem facere nos posse credendum est. & n. 211.

225. Natura mulierum infirma est & fragilis

226. Dolus ex enormissima læsione præsumptus, quo ad rescindendum actum æquiparatur dolo ex proposito.

227 Renuncians de iure suo certiorandus, alias renunciatio non obtinebit, etiamsi iuramento corroborata fuerit. n. 230.

228. Mulier præsumitur ignorare dispositionem Sci Vellei. & aliorum iurium sibi competentium.

229 Nemo videtur renunciare isti iuri quod ignorat.

230. Qui ignorat non dicitur consentire.

232. Iuramentum non supplet defectum scientiæ.

233. Certioratio in renunciatione qualis esse debeat.

234 Renuntiatio non valet, si filia minis vel verberibus, vel callida machinatione & persuasione ad renuntiandum sit inducta.

235. Protestatio conseruat iura protestantis, & consensum eius ab actu remouet.

236. *Renunciatio cum sit quid facti, non præsumitur, nisi probetur.*

237. *Renunciatio est quadam donatio & dilapidatio.*

238. *Mulier est animal auarissimum.*

239. *Ea opinio Doctorum præferenda, quæ benignior est, & ad ius commune propius accedit.*

240. *Interpretatio in quolibet actu fieri debet vt æqualitas conseruetur, & vtrique partium consulatur.*

243. *Legatum Conditionale transmittitur, quando testator voluit prouidere conseruationi agnationis.*

244. *Idem est, quando testator tempus solutionis potius legatarij causa prorogare, quam conditionem legato adijcere voluit.*

245. *Conditio non dicitur defecisse, quando quis parere conditioni non potest.*

246. *Legatum conditionale ex voluntate testatoris transmittitur.*

247. *Testator sua voluntate efficere potest, vt transmissibile non transmittatur, & nō transmissibile transmittatur.*

250. *In vltimis voluntatibus, sufficit etiam voluntas testatoris tacita, quæ ex verisimilibus coniecturis colligitur. & n. 276. & seqq.*

251. *Verisimilis voluntas testatoris in conditionibus primum tenet locum.*

254. *Transmissioni legali & fideicommiss. pure relicti locus est, quando legata ius post aditam hereditatem decessit.*

255. *In puro legato dies statim cedit à morte testatoris.*

256. *Dominium rei legatæ statim à die mortis testatoris, in ipsum legatarium recta via transit.*

257. *Ex præcedentibus & sequētibus scripturis mens & voluntas testatoris declaratur.*

258. *Obiectis non respondere est animi elati, aut ignorantiæ tenebris inuoluti.*

271. *Argumentum à contrario sumtū non procedit, si ex eo sequatur correctio iuris communis aut absurdus intellectus. n. 273. sed procedit, quando ille casus qui elicitur per contrarium sensum, non est aliquo iure decisus. n 272.*

274. *Verba inuenta sunt rerum causa & vt mentem exprimant.*

275. *Semper mens & volūtas disponentium cum primis attendenda est, quod & in vltimis voluntatibus, & præcipue in legatis procedit n. 276.*

277. *Nihil est quod hominibus magis debetur, quam vt supremæ voluntatis liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit, arbitrium.*

278. *Omnes L L & D D. volunt vltimam defuncti voluntatem legis instar esse seruandam*

279. *Heres censetur vna eademque persona cum defuncto.*

299. *Legata & fideicommissa transmittuntur non vt acceptata & agnita, sed vt acceptanda & agnoscenda.*

300 *Bartolus cunctos scribentes veritate & æquitate præcessit.*

304. *Præsumptio præsumptionem tollit.*

307. *Dos ipsius filiæ patrimonium dicitur.*

FIGVRATIO CASVS



PArens in testiamento suo instituit filium natu maximum hæredem, legans cæteris liberis cuique titulo institutionis certam quantitatem loco dotis. Vni autem filiarum legauit eam hoc modo : videlicet, vt, postquam maiorennis fuerit, hæres ei quotannis quartam duntaxat pensionis partem Legatæ dotis numeret, inito vero honesto matrimonio aut trigesimo anno attacto, totam legatam dotem ei restituat. Sed filia antequam viro nuberet, intestata decessit vigesimo quinto anno excesso.

Hinc quæritur, Vtrum institutus hæres solus defunctæ Sorori succedat, an vero reliqui fratres & sorores pariter ad eius successionem ab intestato admitti debeant?

1. Quæstionis huius veritas magis elucebit, si in † vtramque partem il-
la disputata fuerit, *argumento eorum quæ notant Doctores, in l vnica in princ.*
C. de caduc. tollend. Bald in l. 4. ff de iustit & iure. & Roland. à Valle in consil.
2. *90. n. 1. vol. 4. per l. fin. §. mixta ff de muneribus & honorib.* Dubium enim
non est, quin † disputando veritas multo facilius inueniatur, & magis
splendescat in lucem. *c. graue. 35. quæst. 9.* Hinc Boetius *lib. 3. Phil. met. 11*
Hæret, inquit, profecto semen introrsum veri, quod excitatur venti-
lante doctrina. Et Dauth. *in prolegom. de testamento.* Disputatio, *inquit*,
bona, imo optima ratio veritatis inueniendæ est. Nam quemadmodum
aromata contrita magis redolent: sic & veritatem quanto magis con-
teritur, & oppugnatur, tanto clariorem, expulsis nebulis in lucem pro-
ferri ait Castrensis *consil 23. lib. 1.* Eumque qui singulas causas, in contra-
rias parte accurate examinat, quasi ferro veritatis sibi viam aperire, di-
cit *Bald. in l. precib n. 33. C de impub & alijs substitu. confer. Neuizan 1. Silu.*
nupt. n. 4. Mantic. lib. 3. de coniect. vlt. vol. tit. 2. n. 9. in fin Zunt. in Responso pro
vxore. n. 1. & seqq.
3. Itaque diuino † auxilio, omnis veritatis & iustitiæ fonte, *iuxta præcep-*
tum Apostolicum, de quo in c. non liceat. 29. quæst. 5 & c. non obseruetis. 26. quæ
7. implorato, quo solo ad omnia consilia omnesque actus recte semper
progredimur, *l. 2. C. de offic. præf prat. Afric. Nouell. de quæstor. Nouell. de ar-*
mis, quoniam in ipso, ex ipso, & per ipsum sunt omnia, *Rom. 1. versic. 36.*
Balda. Benedel. tract. de iure protbom. ad rub. n. 3. confer. eleg. Schneidu. ad rubr.

Insti-

Instit. n. 1. videndum prius, an uno rationibus iuris consentaneum sit, si dicamus fratres & sorores, sine voluntate instituti heredis, ad prædefunctæ sororis successionem admitti neutiquam posse: quod ex sequente distinctione, à qua tota Quæstionis huius decisio principaliter dependet, euidentiùs apparebit: nimirum vtrum purum, an verò conditionale sit hoc Legatum nostrum. Si purum, sine dubio transmittitur ad heredes, *per l.* 1 *§. in nouissimo, de cad. tollend. l. si post diem, in princ ff. quand. die. leg. eod. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 11. tit.* 23. *n.* 41. *in fin.* Sin verò conditionale, non transmittitur, *attestante Gail.* 2. *obs.* 132. *num.* 2. *confer.* 1. *nu.* 7.

Conditionale autem hoc nostrum Legatum esse, primâ fronte dicendum videtur. Et quidem.

PRIMO, † quia Legatum dotis habet tacitam conditionem nuptiarum, *arg. Nouell.* 123. *c.* 37. cuius verba hæc sunt: Si quis fortè sub conditione nuptiarum, siue liberorum, siue dotis causa, siue antenuptialis donationis donauerit, siue reliquerit suis liberis, siue alij cuicunque personæ hæreditatem, siue Legatum: aut ab initio purè relinquens eis, oneret eos substitutione, aut sub vna prædictarum *conditionum* reliquerit, vel donauerit, &c. Hinc apparet Iustinianum omnes illos actus conditionales appellare, atque ita inter conditionales reponit, quando aliquid relictum dotis causa. *adde l. promittendo* 41. *in princ. de iure dot. auth. nisi rogati. C. ad Se. Trebell.* Et hæc opinio euidenti ratione confirmatur, videlicet quia † dos sine matrimonio esse non potest *l.* 3. *l si ego.* 9. *in princ. l. tali* 48 *ff. de iure dot l fin. C. de donat. ante nupt. Sichard ad l.* 1. *C. de instit. subst. & instit Hering.* 1. *qu.* 31 *n.* 6 Contractus enim dotis, est accessorius matrimonij, ita vt matrimonium debeat præcedere; cum † accessorium sequatur suum principale. *c. accessorium. de R. I. in* 6. Atque pro hac opinione respondit *Ang. in cons.* 192. *Roman. in consil.* 134. *n.* 1. Idemque sentit Iason, *post Ang. & Imol in l. si pater. n.* 20. *in fin. de instit & subst.* & hanc opinionem magis communem profitetur Alexand *in consil.* 42. *n.* 2. *lib.* 7.

Cum itaque sit legatum conditionale, non transmittitur, per Regulamqua dicitur † Legatum conditionale non transmitti ad hæredes, si honoratus pendente conditione decesserit. *quæ fundata in l. intercidit. de condit. & demonstr. l. vnic. §. sin autem aliquid sub condit. de cad tollend. & aper tem l Titio centum. § genero ver. ante nupt. de condit. & demonstr. quam etiam confirmat Cod. Fab. tit. de fidei commiss. definit.* 38. *in princ. adducens l.* 4 *quādo dies leg. ced. l. si. cui legetur* 40. *§. hoc autem legatum. de leg.* 1. *Vincent. de Fran. Neapol. decis.* 125. *n.* 1. *iuncto n.* 13. *vbi verissimam dicit esse conclusionem. eandem*

4.
5.
6.
7.

cõfirmat. Gabr. 4. cõm. cõcl. 2 n. 1. & 2. de her. instit. & inter modernior. Menoch. de arbitr. iud. cas. 165. & 4. præsũpt. 146. n. 47. & præsũpt. 201 & cõsil. 95. n. 180. & cõsil. 05. n. 57. Pet. Surd. cõsil. 253. n. 27. & cõsil. 267. n. 38. Iac. Schult. in addit. Modest. Pist. quæst. 131. n. 193. n. 1. iuncto n. 3. & late Goed. de contrah. & cõmit. stip. c. 9. concl. 8. Gail. 2. obs. 2. n. 9. & 2. obs. 132. n. 1. & 2. obs. 144. n. 11. Con-
8. ditio † enim est futurus euentus in quem dispositio suspenditur, prout definitur à Bart. in l. 1. n. 1. de condit & demonstr. & à DD. communi calculo recepta est vt testatur & probat Alciat. in l. Stichum n. 9 sub vers. vti quisque legasset. de leg. 1. quamquam Bald. Imol. & Soc. sen. in rubr. de condit & demonstrat. alias etiam tradunt in eundem sensum, definitiones, testante Mantic de coniect. vlt. vol. lib. 10. tit. 5. n. 2. Confer Marp. vol. 1. consil. 26. n. 116. & vol. 3. consil, 21. n. 181. Vnde dispositio † conditionalis necessarium debet habere exitum, quemadmodum explicat Ruinus in consil. Signor. consil. vlt. n. 3. Mantic. de coniect vlt. vol. lib. 11. tit. 16. n. 1. Nam is, qui conditionem adscripsit, censetur voluisse quod conditio impleatur. l si is qui locuples. in fin. & ibi notat. gloss ff. de manumiss testam. Signoral. in consil. 111. n. 23. ita vt dies Legati vel fideicommissi non cedat, nisi adueniente conditione. Gail. 2. obs. 132. n 2. in princ. vigel. M. I. ciuil. parte 4. lib. 12. c. 8. n. 30 & lib. 13. c 7. reg. 1. except. 2. & M. I. controu. lib 4. c. 9. Reg. 113. except. 2. confer Vesenbec. in parat ff. de condit. & demonstr. in fin. quod autem cessum non est neque dum debetur, l. cedere diem. ff. de V. S. ea vero quæ non debentur, nemo ad suos heredes transmittere potest. Wesenb. in parat ff. de adim. vel transferend. leg n. 4. in fin.
9.

Huc facit, quod regulariter in omni conditionali dispositione, actio vel exceptio non competat, nisi prius Conditionis euentus euenerit & probetur, p. iura alleg. & text. in l. legatum C. de condit. insert. Soare. 2. thesauro recept. sent. lit. c. n. 174. Boer decis. 183 n. 5. in fin. Papã decis. 485 n. 4. & decis. 511. Menoch. 4. præsumpt. 146. n. 47. & præsumpt. 183. n. 13. 17. & 22. Gail. d. obs. 132. n. 2. in fin. quem Actor siue Legatum petens probare tenetur. argumento l. ex his. C. quando dies leg. ced. Alciat. in l. 3. præsumpt. 3. sub n. 1. late probat Menoch 4. præsumpt. 182. n. 1. Bernh Greue 2. pract conclusio. vnic. n. 2. etiamsi conditio sit Negatiua. l. eum qui nouissimus. ff. ad Trebell. Socin. iun. in consil. 67. n. 1. & seq. vol. 4. quia est fundamentum suæ intentionis. Alciat. in consil. 68. n. 15. lib. 8. & in facto consistit, quæ autem facti sunt non præsumuntur nisi probentur. huc refer text. in loc. allegat,

Non sufficit autem eam implere æquipollenter. Eberh. loco to' ab æquipollentib. n. 13. sed in † forma specifica adimpleri debet. per l. si fundus, &
10. l. Iulianus. de condit. & demonstr. & ibi Paul. Castr. & hoc late Decius confirmat in rubr. decret. de probat. sub n. 25. vers. tertio attentari potest & Fortun. in d. l. Gallus. §. & quid si tantum. n. 121. Ceph. in consil. 166. n. 54. Gail. 2. obs. 2. n. 3. & obs.

obs. 144 n. 13. Atque eo casu demum locus est transmissioni in Legato conditionali. *ita post Socin. & Cephal. respondet Roland. in consil. 46 n 6. lib. 3. Zanchus in l. heredes mei, §. cum ita. in 4. parte. n. 29. ff ad Trebel. & probatur per l. vlt ff quando dies leg. ced. & manifestius per l. vlt. C. eod.* quia legatum vel fidei commissum conditionale dicitur purum, postquam conditio semel fuerit impleta, *l. potior. v. 1. ff. qui pot. in pign. habeantur, l. vlt. §. Titius. ff. de vulg. & pupill. subst. & ibi D D. & l cedere diem ff. de V. S. Paris consil. 48. n. 12. lib. 1. Menoch. cons. 568. n. 32. vbi plurimos in hanc sententiam congessit. sicuti ipse testatur 4. praesumpt. 201. n. 28. text. sing in l si pupillus. in fin de condit in stit. Bald. in l. cum in testamento in fin. C. de testam. manu.* licet non durauerit impleta: Nam † sufficit conditionem semel esse impletam, etsi non durauerit impleta, *per reg. generalem fundatam in l. si quis heredem. C de instit. & subst. vbi Iason, & Dd. comm & in l quidam in testamento, ibi, quae semel exstitit conditio & in l. rogo ff. de fideicommiss. libert. Gail. 2. obs. 136 n. 2. in fin. Marpurgenses in consil vol 1. cons. 20. n. 25. & consil. 31. n. 4. eod.* Quia in conditionibus non ipsius conditionis successus, sed principium primae existentiae attenditur. *Bald. in l precib. col. 3 in 3. oppos. C. de impub. quem sequitur Iason in l. in substitutione. col. 3. ff. de vulg. & pup Gabriel lib. 4. tit. de fideicommiss. conclus. 8. n 2.* adeo vt † sufficiat conditionem momento impleri, vt legatum debeatur, *per d. leg. si quis heredem. C. de instit. & subst. l. in substitutione. ff. de vulg. & pup. l. fin. §. 1. C de indict. viduit. toll. & ibi Paul de Castro in princ. Iason in l. in substitutione. col 1. in 1. not. v. 2. ff. de vulg. & pupill Cyn. in l. si quis heredem, & ibi Bald in 2. oppos Ang. consil. 34. col. 2. vers. item quod sufficit Tiraq. in Reg. cessante causa in 4. limit. Gabriel. d. conclus. 8. n. 1. vbi pro more plurimos allegat.* quia tantundem operatur fictio, quod veritas in casu vero. *l vni. in princ. de rei vxor. act §. Item per acceptilationem Instit. quib. mod. tollitur oblig.* Vnde si defuncta soror, etiam per momentum viro nupsisset, vel triginta annos attigisset, tum quidem fatendum esset, trāsmissionem in nostro casu locum habere; sed quia ante nuptias decessit, hoc nostrum Legatum nullo modo transmitti potest: quia conditio intelligitur defecisse: & quo ad vltimas voluntates, regulariter ius adimplendi conditionem non transit ad heredes, *l. à testatore ff de condit. & demonstr. text. in l. fin ff. de condit. instit. Gail. 2. obs. 2 n. 8.* Secus est in contractibus. *Gail. d. obs. 2. n. 1.* deficiente † autē cōditione perinde est ac si dispositio facta nō fuisset, *per l. pecuniā quā ff. si cert pet. text. notab in l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peric. & cōmod. rei vend. l si quis ita heres. de cōdit. instit l. 1. & 4. tit. de condit. & demōstr. Angel. in cōsil. 373. n. 2 ad fin. Paris cōs 8. n. 25. vol. 3. & cōsil. 26. n. 10. vol. 4. Gail. d. obs 132. n. 3. & post eū Marpurgenses in cōsil vol 1. cō. sil. 20. n. 51. & 52. & cōsil. 10. n 51. & seq. vol. 2. & cōsil. 21. n. 29. eod.* Quēadmodū

11.
12.
13.

enim dispositio conditionalis habetur pro pura, cum conditio impletur, *per text. 5. n. 10. in fin. alleg.* Ita dispositio conditionalis habetur pro non facta, si conditio deficiat, *d. l. si quis ita hæres. ff. de condit. instit. &c. modo alleg.* & id quod sub conditione relictum, dicitur non relictum si conditio deficit, *per iura iam allegata. & l. 2. de R. Catoniana, quam in propos. adducit Corneus in consil. 40. n. 13. v. cum igitur lib. 2.* quia quæ sunt in conditione, non sunt in dispositione; eo quod conditio nil ponat inesse. *Gail. 2. obs. 132. n. 3. & 136 n. 18.* nisi fuerit purificata. *l. si quis sub condit. dand. si quis omis. caus. testa iuncta d. l. qui heredi. §. vlt. de condit. & demonstr. Menoch. 4. præsumpt. 175. n 11. in fin.* Vnde paria dicuntur nil fieri, vel fieri sub conditione, quæ non purificetur. natura enim conditionis est, vt prius impleatur, quam effectus aut aliquod emolumentum ex ea sequatur, *per iura alleg & text. in l. si post diem, §. sed si ff. quando dies leg. vel fideicomm. ced. text. in l. Thais. puella. §. Stichus, & Damas. ff. de fideicommiss. libert. Caph cons. 259. n. 23. vol. 2. incip. illustris Comes Roland. consil. 59 n 8. vol. 3. incip in causa. Gail. d. obs. 132 n. 3. in fin.*

14. Ampliatur primo hæc Reg. † vt nec fauore piæ causæ extendatur casus cõditionaliter expressus, *Ruin consil 76. n. 17 circa med. vol. 5.* Vnde legatũ relictũ Ecclesiæ sub cõditione, ante implementum cõditionis effectũ nõ sortitur. *Abbas in consil. 17. n. 1. lib. 1. Mantica de con vlt. vol. lib. 11. t 16. n 6* Nec ad liberos descendentes ante euentum conditionis transmittitur, tametsi ab ascendente fuerit relictum, *vt probatur in l. heredes. 57. §. cum ita ff. ad Trebel. & in l. cum ex filio in princ. & ibi Bald. & Imol. de vulg & pupil. subst. gloss. comm. recepta in l in c. de his qui ante a, ert. tab. & ibi Cyn. Bart. Ang. & Corn. Item Bart. in l. 1. n. 8. v. alia gloss. de leg. 1. & Ang. in consil. 287. n 3 vers. sed cum dies, inquit is quod glossa in l cui ff. de act. & oblig. contrarium subtiliter tenens, sit vnica & sola & ab omnibus reprobata, quam etiam communiter reprobari dicit Abbas consil. 206. n. 2. vol. 6. & in hanc quidem sententiam plurimos auctores congessit. Gabriel d. lib. 4. conclus. 2. n. 10. de hered instit. confer Greuen 2. practicarum conclus. 132. n. 5. 6. & 7.* cum, quia testator non præsumitur voluisse heredibus legatarij prospicere, qui magis succedunt ex dispositione legis, & fortuito, quam ex iudicio testatoris *l. sed & si fic. in fin de leg. 3. l. qui liberis. §. hæc verba. de vulg. & pupill. substit. & hanc rationem tradit. Signor. in repetit. l si post mortem, n 2. vers. vnde pro euidentia aduerte, de fideicom.* tum etiam quia culpa potest imputari testatori, cur conditionaliter & non pure legauerit. *arg l. si in testamento. paulo post princ. ff. si quis omiss. causa testament. quam ad hoc inducit Bald. in l. 3. paulo post princip. de leg. 1.*

Secundo, extenditur, quod dictum est, non posse transmitti Legatum

tum vel fideicommissum relictum sub conditione, priusquam conditio extiterit, vt procedat tam in conditione tacita, quam expressa, *ita Bart. in l. si post mortem, § vlt. de leg. 1. & in l. conditiones qua extrinsecus. ff de condit. & demonstr. Castr. & Socin. in l. 1. n. 5. & in l. quibus diebus §. quidam Titio in 6. notab. & in l. cum autem in fin. ff de condit. & demonstr. Crot. in l. nemo potest. n. 54. & 85. de leg. 1. Iason in l. qui filiab. § si vni. in 1. notab. de leg. 1. Crauet. in l. cum filio fam. in 2. parte col. pen. de leg. 1. Menoch 4. præsumpt. 201. n. 62. idem in consil. 95. sub n. 112. ibi.* Nam illa, inquit, ratio qua dicimus impediri transmissionem fideicommissi conditionalis, ita locum habet in conditione tacita, vt etiam in expressa, *prout refert & sequitur Bern. Greue. d. conclus. 132. nu. 4.* Ratio dari potest; quia † tacitum & expressum procedunt ex eadem potentia causæ efficientis: Ergo idem debent operari. *text. in l. de quibus in fin. ff. de leg. & in l. cum quid ff. si cert. pet. & in l. triticum. ff. de v. oblig.* vnde sicut conditio expressa impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis, *l. cedere diem. ff. de V. S.* ita etiam conditio tacita impedit ortum & natiuitatem actionis & obligationis, *gloss. in. l. 2. §. creditum, in verbo, post nuptias. ff. si cert. pet. idem glossa in l. & quia, in verbo male petitur. ff. de pact. & ibi Albert. de Rosate dicit, eam esse singularem & non reperiri alibi. idem dicit Bald. in c. signif. de elect. & Iohann. de Imol. in l. 3. post prin. de leg. 1. Iason. d. l. cum quid. in secunda lectura. ff. si cert. pet.* Sed hæc sane intelligi debent, de conditione tacita, quæ ex tacita testatoris voluntate exauditur. *Iohan Crotus in l. nemo potest 54. de leg. 1.* aliud est, si conditio insit ex necessitate: quia illa non impedit transmissionem. *l. si dies, §. vlt. & l. cum illud §. vlt. ff. quando. dies leg. ced. l. conditiones extrinsecus, de condit. & demonstr. l. quæ sub condit. §. vlt. de condit. instit. & ibi Bart. idem Bart. in l. vnic. §. 1. n. 1. de cad. tollend. Alciat. in l. 1. n. 16 de leg. 1. Alex. consil. 8. n. 8. Mantica lib. 10. de coniect. vlt. vol. tit. 20. n. 5. vbi ita se iudicasse asserit. confer eundem lib. 10. tit. 5. n. 5. & seqq. vbi tacitam conditionem diuersis modis intelligi eleganter demonstrat. adde Eberhard. in Topic. loco 27. n. 8.* 15. 16.

Prædictæ igitur Regulæ † standum est, *c. ad decimas, vers. sitque manifestum. de restitut spoliat. Felin. in c. quoniam frequenter, vt lite non contest.* quoad nimirum contrarium probetur. *glossa magna. & Dec. n. 6. ad l. 1 ff de R. I. Bald. ad c. 1. n. 2. ext. de alien. iud. mut. caus. fact. & ad l. tutor. in fine. C. de ser. pign. dat. Mascard. de probat. conclus. 1261. per l. ab ea ff. de probat l. suus quoque, vers. puto ff. de hered. instit. c. Venerabilis, §. potest quoque, de sent. excom. 6. Wesenb. consil, 1. n. 11* Qui enim regula generali nititur, pro illo res dicitur esse certa. *Bart. in l. quoties ff. si quis caution. Panorm. in c. ad nostram & in c. consuluit. Clem. 1. de appellat. Iason in l. 2. ff si quis in ius vocatus non ierit. & in l. dedi. § 1. n. 4 ff. de condict. caus. dat. Cagnol. in d. l. 1. ff. de R. I.* & ius certum 17.

pro se habere dicitur, *vt post alios docent Gail 2. obs. 151. n. 3. & obs. 14. n. 2. de pignorat. Corat. lib. 2. comm. opin cap. 9 n. 105.* imo regula idem est quod ius, *vt voluit idem Corat. d. c 9. n. 31.* eamque ob causam pro eo, qui regulam pro se habet, vtpote intentionem suam fundatam habente pronunciandum esse, nisi ex aduerso probetur contrarium, *monet Bald. in l. si inter. C de comm seru manumiß & ad idem plura congerit Signorol. consil. 22. n. 9. & dec. consil 552. n. 2. & ind. l. 1. n 6. de R. I.*

SECVNDO, hoc Legatum nostrum conditionale esse probatur; quia testator illud legauit in diem incertum; videlicet cum vel Quando filia nupserit, aut 30. annos attigerit, Legatum sibi dari debere. Aduerbia
18. autem illa † CVM, *sicuti affirmarunt Castr. in l. Titio centum. §. Titio generro n. 7. in fin. & clarius Alexand. in consil. 55. n. 1. coll. 1. lib. 2. Berous consil. 28. n. 1. lib. 1. Paris. consil. 36. n. 5. lib. 3. & consil. 110. n. 3. lib. 4. Romanus consil. 134. col. 2. in fin. sic intelligens l. qui filium ff. vbi pupill. educ. deb. iuncta l. hac conditio ff de condit & demonstr. & l. quod pupillæ ff. quando dies leg. ced. Menoch 4. præsumpt. 146. n. 3.*
19. *& 201. n. 40 in fin* & QVANDO, diem incertum inducunt, *l. quod pupill ff. quando dies leg. vel fideicommiss. cedat:* dies † autem incertus in testamento facit conditionem, *l dies incertus & l. §. 1. de condit. & demonstr. & probatur expresse in l. vnic. §. sin autem aliquid sub condit. de cad. tollend. & in l. 4. ff. quando dies leg. ced & in l. heres meus, de condit. & demonstr. Raph. Fulgos. in consil. 70. n 2 atque in specie multis adauget Maranta cons. 8. ante n. 7. & sub eod. & ita concludit Tiber. Decian. Resp. 19 n. 15. 16. Gail. 2. obs. 137. n. 5. & post eum Greue. 2. pract conclus. 132. n. 3.* Quod extenditur, vt etiamsi dies incertus nuptiarum sc. seu matrimonij, adijciatur non substantiæ Legati, sed solutioni siue executioni eiusdem, totum tamen Legatum reddatur conditionale *l quibus dieb. §. quidam Titio, de condit. & demonstrat. & ibi Bart & Paul. de Castro, glossa & D D. comm. in l. Seius Saturnius, ff. ad Trebell. Bart. in l. si cui, §. 1. de leg. 1. & in l. 1. de condit & . demonstr. & ita Bald aperte respondit, vt scribit in l si cui, ad fin princ. de leg 1. & Ruin in consil 85 n. 5. coniuncto n 9. vol. 2.* In vltimis enim voluntatibus non interest, vtrum tempus incertum adijciatur substantiæ vel executioni Legati, ad hoc, vt dispositio sit conditionalis *Alex. consil. 55. n. 2. vol. 2.* His addo, quod licet certum ætatis tempus legato adiectum fuerit, tamen non transmittatur: nam etsi tempus certum non videatur facere conditionem, tamen quia incertum est an Legatarius perueniat ad determinatum ætatis tempus, conditioné inducere potest. *Mantica de conject. vlt. volunt, lib. 11. tit. 23 n. 27.* ita vt hac ratione non transmittatur, per Reg. 5. n 7. allegatam

TERTIAM dubitandi rationem suppeditat vulgaris illa Regula:
20. quod cessante † vel non existente ratione siue causa dispositionis, cesset ipsa

ipsa dispositio, *l. generaliter. 40. vbi glossa ad verb. de relictis C. de Episcop. & cler. & in l. 1. §. 2. verb. causam. de postul. c. cum cessante, extr. de appell. text in l. 1. in fin. ff. de donat. & in l. adigere §. quamuis ff. de iure patronat. l. fin. ff. de hered. instit. c. etsi Christus extr. de iureiur. l. quod dictum, vbi Bart. Ias. & Ang. ff. de pact.* † *ita autem ff. de administr. tut. l. 1. C. de lib. prater. Tiraq. in tract. Cessante caus. limit. 1. Wesenb. ff. de condit. & demonstr. n. 9. Gail 2. obs. 85. n 3. & post eum Marpurg. vol. 3 consil. 12. n. 16.* Atqui ratio nostri legati fuit, vt filia viro nubere & alimenta habere posset. Ergo cum hæc iam cesset, cessabit etiam ip- 21.
sum Legatum. Sublato † enim fundamento corruit ædificium, *l. fluminum, §. vitium, vers. idem Seruius, ff. de damn. infect. l. egi iocum. 26. ff de except. rei iudic. c. fin. in princ. extra de presbyt. non baptiz. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 1. n. 16. Marpurg. vol. 2. consil. 26. n. 173.* Et regulariter limitata † causa 22.
limitatum producit effectum, *l. in agris, ff. de acquir. rer. dom. l. etsi seuerior. & ibi Bald. Alex. & aly notant. C. ex quibus causis. infra §. quod autem, & ibi Bald. & Angel. notant Instit. de legit. agn. tut. Felin pulchre post gloss. & Barbatiam in c. cum ordinem. in 4. vol. de rescript. Gail. 2. obs. 142. circ. fin.* Vnde Legatum relictum ob causam, tacita voluntate intelligitur ademptum, si causa non impleatur. *l. 2 ff. de his quæ sub modo, cum concordat. Alex. in l. si donatione n. 23. C. de collat.* quia determinatur † secundum causam sibi annexam, *l. seio ff.* 23.
de annu. leg. Bald in l. 1 n. 2. C de leg. Rub in consil. 23. n. 7. Hinc est quod regulariter dicimus, Legatum ampliari, extendi, & declarari per rationem & causam, quibus testator motus fuit, ad faciendum legatum, *l. cum pater. §. dulcissimis, de leg. 2. & l. Epist. in princ. ff. ad Trebell. Crauet. consil. 221. n. 12. in fin. Paris. consil. 47 n. 19. & 20. vol. 2. & consil. 13. n. 12. vol. 3.* ita vt in ijs ratio & causa potius, quam verba expressa attendi debeant. *Gail. 2. obs. 135. n 6.* Et hoc argumentum, quod à causa cessante sumitur, est in iure validum, frequens, & vtile, *per iura superius allegata, & testatur Eberhard. loco 80.*

His accedit, quod inducta ad vnum effectum non debeant operari contrarium, *per l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. l. cum tale. §. vlt. de condit. & demonstr. Mantica de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 15. n. 1. in fine.*

QVARTAM dubitandi causam confert argumentum à contrario sensu deductum. Nam legatum saltem solui debet ab hærede cum soror nupserit, aut trigesimum annum attigerit. Ergo à contrario sensu si accidat quod non nupserit, aut trigesimum annum non attigerit, legatum non debebit, & consequenter nec ad hæredes sororis transmitti potest. Priuato enim præsupponit habitum *Gail. 1. obs. 21. n. 5.* & non entis nullæ sunt qualitates, *Gail. 2. obs. 18. n. 6. confer 1. n 45.*

Ex hoc argumentum † à contrario sensu, est fortissimum, frequen- 24.

tissimum, & vtilissimum *l. 1. §. huius rei ff. de offic. eius, l. qui testamento, §. mulier. ff. de testam. l. ex eo, ff. de testib. c. cum Apostolica. in fin. de his quæ fiunt à prælatis sine consensu cum similib. Socin Reg. 46 Diaz. reg. 49. n. 51. Cacheran. decis. Pedmont. 71. n. 15. & decis. 85. n. 12. & seq. Vilalob. in thesauro com. opin. l. a. n. 146. & seq. Vinius in eodem ibid. Verb. argumentum à contrario sensu* adeo quod inde infertur, pro expresso habeatur, *l. ex eo 18. & ibi gloß. ad verb. colligitur ff. de testibus: glos. in l. qui testamento, 20. § mulier ad verb. argumento est ff. qu. testam. fac. poss. glos. in c. humanum genus est, dist. 1. Dyn. in c. quod ob gratiam 6. n. 15. de R. I. in 6. l. 1. §. huius rei. & ibi Bart. n. 16. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd.* cum dicatur mens legis, Canonis, vel statuti, *vt est glos. notab. in l. qui testamento. §. mulier, ff. de test. quam glossam magni faciunt Bal. & Paul. de Castro in d. §. mulier, & eius meminit Bald. in l. conuenticulam. C. de Episc. & Clericis. Vide Eberh. loco leg. 82 à contrario sensu. n. 1. & 2. & Mascard. vol. 3. conclus.*
25. *1187. n. 65. & 66* vnde † in intimis quoque voluntatibus est receptissimum. *l. fi. legatum pure & l. legata inutiliter, de adim. legat. l. quod pure ff. quando dies legat. ced. l. si quis libertatem, §. vlt. de statu lib. l. quib. dieb. §. quidam Titio, & l. aliquando, de condit. & demonstr. l. pater. §. quindecim. de leg. 3. & hoc etiam Alexand. tradit in d. l. 1. n. 9. ad fin. de officio eius cui. & Iason. n. 34. & plerique omnes.* & in ijs habet locum, etiamsi dispositio vltimæ voluntatis sit condinalis, *prout probat Eberhard. d. loco, 82. à contrario sensu, n. 41.* quia per argumentum, à contrario sensu deductum, apertissime dicitur constare de voluntate testatoris, *per l. si quis locuples, in fin ff. de manumiss. testam. Mantica lib. 3. de coniect. vlt. vol. tit. 17. n. 1.*

Cuiusmodi argumentum in casu præsenti eo magis obtinebit: quia ex illo eiusmodi intellectus resultat, qui iuri communi apprime est consentaneus. Etenim ius ciuile concedit, patrem vni filiorum, & præsertim primogenito, plus, quam cæteris legari posse, *prout in rat. vlt. dubitandi probatur.*

QVINTA eaque fortissima & vrgentissima dubitandi ratio, contra fratres & sorores defunctæ Sororis vehementer pugnat; quod voluntas
26. † agentis, siue testatoris, ante omnia sit attendenda; cum actum regulet ac definiat, *text. in c. cum Abbatia, in fin. de offi. deleg. & in l. cum te, Bald. C. de donat. ante nupt. Bursat. consil. 162. n. 10. vol. 1. Decian. cons. 5. n. 106. vol. 1. & consil. 40. n. 21. vol. 3. Menoch. consil. 103. n. 51. vol. 1.* qualis autem sit mens & vo-
27. luntas † testatoris, ex verbis colligitur, *l. non aliter, in princ. de leg. 3. & l. si a alij. de vsufr. leg.* & debet interpretari, secundum verba testamenti. *l. Lucius Titius. l. 1. de hered. instit. l. si alij. de vsu fr. leg. l. in his. de condit. & demonst. et ibi Imol.* & intelligi vt verba sonant. *Bart. in l. si arrogator. sub n. 27 ff. de adopt. & in auth. hoc locum. n. 10. C. si secund. nupt. mulier. Corneus consil. 44. n. 4. vol. 3.*

Vt

Vtpote quæ † sunt notæ earum, quæ habentur in animo, passionum, 28.
secundum Aristot. & Philosophos, & l. Labeo, de suppellect. leg. cum similib. late Cephal. in consil. 45 n. 16 & in consil. 46. n. 17. & seqq. & post Bald. in l. reprobari. ff. de excus. tutor. responderunt Alex. consil. 1. n. 29. vol. 3. Oldrad. consil. 53. col. 2. Bur. sat. consil 258. n. 1. vol. 3. & mentis conceptum significant. *Corn. Consil. 272. n. 5. vol. 4. Alciat. resp. 10 3. Curt. iun. Consil. 63. n. 6. & consil. 569. in princ. Crauet. consil. 161. n. 12.* nullumque maius esse censetur dispositionis ac mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum, *Bald. in c. 1. de test. & in l. & in Epistola. C. de fideicomm. & in l. cum quidam, col. penult. C. de impuber. & al. subst. & in c. super literis, col. 3. de rescript. Cassiod. quem refert & sequitur Bald. in l. recognoscend. de ingen. manumiss. Curt. iun. in consil. 169. n. 3.* quia nil præsumimur dixisse, quod prius mente non agitauerimus, *l. Labeo, §. idem Tubero, de supellect. leg. d. l. non aliter, in princ. de leg. 3. Paris. cons. 14. n. 24. vol. 2. Rosbach in proces. ciuil. tit. 45. de satud. n. 25.* Hinc verba testamenti sunt proprie ipsa forma intrinseca & essentialis dispositionis. *l. si is, qui testam. fac. quam ad hoc propositum adducit Aretin. in l. qui Romæ, §. duos fratres. coll. 11. in princ. de V. obl.* eamque ob caussam disponentes in dubio id voluisse existimantur quod verba important, *tex est in l. Nepos Paulo. ff. de V. S. Iason in l. eam quam, col. 7. vers. & pondera. C. de fideicommiss. & in l. quis filiam, coll. 1. in fin. C. de lib. prateris.*

At verba dispositionis nostræ, reliquis fratribus & sororibus non conueniunt. Ergo successio eiusdem ipsis etiam applicari non debet, per Regulam qua dicitur, quod dispositio non applicetur ad eos, quibus verba non conueniunt, *quam tradit Alex. Raudens. in tract. de Analog. cap. 37. n. 18. & fundata est in l. 4. §. toties. ff. de damn. infect. l. ita autem in prin. ff. de admin. tutor. l. hos accusare, §. citius ff. de accus. l. quod dictum. ff. de pact. confer. 1. 7. & 8. decid. rat.*

Et hæc quidem eo maius habent momentum, quia in † testamentis nihil est tam proprium, quam claritas, *vt in auth. de testam. per quam ita dixit Bald. in consil. 235. in pr. lib. 5. & Crauet. in consil. 161. n. 12. & Natt. in consil. 470. & in consil. 678. n. 34. & Rol. Val. in consil. 59. n. 47. lib. 3.* & ideo testamentum ex consilio Iurisperitorum sic dictari debet vt nullam contineat obscuritatem, vel ambiguitatem, *vt notat. Aretin. in l. nam hoc iure. n. 5. de vulg. & pupill. subst. Mantica lib. 3. de coniect. tit. 2. n. 2.* prout etiam in nostro testamento verba clara perspicua, & sine vlla ambiguitate posita sunt. ita vt in colligenda testatoris voluntate diuinare nobis non sit necessum, nec etiam oporteat, sed illa ex verbis concipi debeat, *l. Gallus, §. 1. de lib. & posth. l. non aliter in princ. de leg 3. l. si alij, de vsufr. leg. l. in ambig. ff. de reb. dub. l. nepos Proculo. ff. de V. S. Corne. consil. 272. n. 5. vol. 4. & consil. 275. n. 3. eod.* 29.

30. *vol. Dec. consil 105. n. 4. & 5.* vbi † enim verba sunt clara, non admittitur quæstio voluntatis, *l iam hoc iure, vers. hoc itaque. & ibi Bart. de vulg. & pupill. substit. confer Bald consil. 472. n. 1. in fin. vol. 5. Alciat. consil. 8. n. 6. lib.* 1. neque locus est interpretationi, præsumptionibus, & coniecturis. *Angel. in consil. 395. n. 3. Roman. consil 71. n 6. Dec. cons. 414. Port. cons. 110. n. 30. & ita Socin. sen scribit in l. 3. n 4. in fin. de leg. 1. & faciunt notata per D D. in c. fin. qui matrim. accus. poss. & c. quosdam de præsumpt. Gail. 2. obs. 144. n. 6. & obs. 151. n. 3. circ. med. per text. in l. ille aut ille §. cum in verbis, ff. de leg 3. vid. 1. n. 39.* sed standum est verbis, nec vlterius de ratione quærendum, *Dec. consil. 503. n. 3.* etiamsi lex sit perquam dura, *c. in memoriam, 19. distinct. & l. prospexit. ff qui & a quib. cum similib. Eberh. loco àrat. leg. n 4. vbi docet quibus modis hoc procedat.* neque *vt inquit Bald. cons. 342. col. 2. vol.* 1. indigemus glossa, cum textum habemus & dicit idem Bald. *cons. 174. in fin. vol.* 2. quod vbi verba sint clara, cauillationes Aduocatorum non debeant habere locum, etiamsi lex dura esset. atque hoc idem de verbis claris à Principe prolatis tradunt, *Dec. consil. 137 ,num. 4. Crauet. consil. 4. num. 21. vol.* 1. eodem facit, quod dicit Ioan. de Amat. *decis. 104. num. 46. & seq.* interpretationem in claris non esse necessariam, ac ne ex præfatione quidem dispositionis, quod alias in dubio fieri soleat, sumendam: quoniam vbi verba clara sunt & perspicua, calumniosa est quæcunque alia interpretatio. *Bald in auth. rogatio, col. 2. vers. nam vbi. C. ad S C. Trebell. Paris. cons. 1. n. 29 in fin. & cons. 3 n. 53. vol. 3. Grammat. consil. 105. n. 6. & 7. Decian. consil. 97. n. 47 vol. 2. & Bursat. consil. 360. n 24. vol. 4. Curt. sen. cons. 29. n. 6. & 7. Crauet cons. 294 n 6 vers. tertio principaliter. & n. 7. latius extendit.* cum certitudo verborum declaret certitudinem intellectus. *Bald in consil. 452. n. 2. vol. 3. confer 5. n. 28.*

Durum † itaque esset in nostro casu à verbis claris recedere, propter coniecturam satis leuem & fallacem, *vt colligitur ex l. si is qui ducenta in princ. & ibi Bart. de reb. dub.* cum in illo coniecturali statu facile decipi possimus, & moueri potuerit testator alijs ex causis, quas difficile est perscrutari. *Mantica lib. 3. de coniect. vlt. vol. tit. 4. n. 6. circa med.* variæ enim sunt hominum voluntates, *l. quia poterat, ff. ad Trebell.* & quot sunt capita, tot sunt sententiæ. *c. sicut in Sacramentis, de consec. distinct.* 4. *Terent. in Phorm. actu 2. Scena 4. & Velle* suum cuique est, nec voto viuitur vno, *inquit Persius.* Et Pectoribus mores tot sunt, quot in orbe figuræ, vt *ait Ouid.* ac diuersitatem animorum sequitur diuersitas corporum, *c. quia diuersitatem corporum, de concess. preb. Corn. in cons. 275 n. 3. vol.* 4. ita vt tutius sit verbis insistere, quam quærendo coniecturas extra oleas vagari, *l. 3. §. se qui nauem, si is exerc. cum vulgarib. Alciat. consil 101. n. 17. & 18. & consil. 104. n* 4. *lib. 9.* & imbecillitatē sui intellectus prodere: quærere enim coniecturas, *Bad. in d. l. continuus §*

cum

cum ita in princ. de v. obl idem Bald in l. certo generi, §. 1 ff de seruit. rust. pr&d. Marp. vol. 3. consil. 31. n 7. in fin. rationem vel auctoritatem, est infirmitas, seu debilitas intellectus, vt post Aristot. & Auerro. dicit idem Bald in rub. ff. de rerum diuis. circa fin. & in l. 1 in 2. col. C. qui accus. non poss. & in l. fin in penult. col. C. de execut. rei iud. Aug. in consil 275 incip thema super quo consilium petitur tale est, circa med. & frequenter DD. alibi. testante Eberh. loco 81. a lege cess.unt. n 3.

SEXTVM dubitandi argumentum sumitur à stricta testamenti interpretatione; testamentum enim, ex sequentibus rationibus, stricte interpretari debet, Primo, quia verba † testatoris & legum eundum recipiũt intellectum, quoniam dispositio testatoris est lex, §. disponat. in auth de nup. 32.
& probatur in l. seruus hac lege. ff. de manumiss. & in l. cum quidam, in vers. quemadmodum, C de V. S. quod po? Dyn notant etiam Bald. Ang & Imol. in l. si quis legauerit Titio, de leg. 1. & Paris qui alios refert, in consil. 119. n. 23. vol. 4. & pro lege seruari debet d. §. disponat. in auth. de nupt. c. voluntas, qu. 2 l. 1. C. de testam, milit. §. his igitur. vers. exheredatos. Nou. de hered. & Falcid l. verbis, 120. ff. de V. S. facit l. illa 25. § fin ff. de leg. 3. l. in conditionibus 19 ff. de condit & demonstr. Corn. consil. 48 n. 4. vol. 2. Paris. consil. 81. n. 1. & cons. 90. n. 2. & cons. 91. n. 60. vol. 2. Porc. cons 99 n. 1. Laur. de pinu. consil. 45. n. 3. Ambar. cons. 137. n. 2. vol. 4. Sichard. adl. 5. non est dubium, n. 1. C. de legib. Vnde ex verbis legis ad verba testatoris argumentum ducitur. Bart. in l. qui filium, §. vlt. in fin. ff. ad Trebell & in l si ita fuerit. §. quaestio. n. 3. de manumiss. testam. & Bald. in cons. 2. n. & in consil, 184. in fin. vol. 1. & in consil. 420. in fin. vol. 3. & in consil. 121. in fin. vol. 1. & late probat. Eberh. loco, 46. n. 1.

At, cum nullus omnino textus extra verba, multo minus cõtra verba extendendus sit, l. quod constitutum, 21. & ibi eleg. Bald. ff. de testam. milit. & quod lex, † vel textus aperte non dicit atque disponit, nos quoque dicere 33.
non oporteat. l. de pretio. ff. de publicano. l. si vero §. de viro ff. solut. matrim. l. si seruũ. 71. §. non dixit praetor. ff de acquirend hared. denique cessantibus legis vel textus verbis, ipsa quoque lex & dispositio cessat. d §. de viro. l ita autem 5. circa princ. ff. de administrat. tut. l. dies caudationis, § toties, ff. de dam. infect. l. si quis seruum ff si quis caut. l. cũ hic status, §. si sponsus. ff. de donat. inter vir. & vxor. c. quoniã de vit. & hon. cler. c. maiores, §. caeterum. de Baptism Soc. consil 30 n 30 in fin lib. 1. Decian. respons. 47. n. 31. vol. 3. Crauet. consil. 344 n. 6 & consil 064. n. 35. late Andreas Tirasque in l. si vnquam, verbo libert, n. 2 & seqq D de reuocando. donat respon. Ernest Cothman. 2. resp. 65. n. 125. cum duobus seqq. adde Marpurgens. vol. 2. consil 21. n. 39.

Sequitur, vt id, quod dispositio testatoris non dicit, nec nos dicere, sed solum verba testatoris spectare oporteat,

Se-

34. Secundo, quia statuta † & vltimæ testatorum dispositiones quoad interpretationem à pari procedunt. *sicut: docuit Bald. in l penult. col. pen. vers. quæro quid in verbis legis, C. de V. S quem secuti sunt congesti à Tiraquello in tract. de retract. consang. in fin. n 13 & illis accedunt Curt iun. in consil. 5. n. 18. & Socin. iun. in cons. 181. n 38. lib. 2.*

35. Atqui statuta † ad vnguem, & ad literam, prout iacent accipienda, *Gail. 2. obs. 33* & verba eorum proprie stricteque intelligenda sunt, *Corn. consil. 58. n. 18. vol. 2. & consil. 307 n. 2. vol 4. Tiber. Decian. resp. 31. n. 42. vol. 1.* vt quod ea in proprio & natiuo suo sensu non dicunt, nec certa demonstratione diserte exprimunt, id nec nos dicere debeamus, *p. l. illam. C. de collat. Franc Mil. decis Sic. l. 12. n 92. lib 2. Tiber. Dec. resp. 46. n. 23. per l. dissentientis, C. de repud. text. notab. in l si vero negotium §. de v ro, ff solut. matr. & in l. 3. ff. de offic præsid. text. in l. si seruum. §. prætor ait. ibi. non dixit prætor. ff. de acquir. her.* tantum enim statutum vel constitutio disponit quantum loquitur, & non plus. *Cephal. consil. 277. n 16. cum seq. vol. 2. Roland. consil. 72. n 51. vol. 3. incip. stante statuto. Felin. in c. cum dilecta n. 6. de rescript. Gail. d. obs. 33. n. 2. Mynf. decad. 15. resp. 1. n 16.*

Ergo idem procedit in hac nostra à testatore facta dispositione, ita vt extra verba testatoris nihil statuendum, sed perspicua testatoris voluntas, quæ ex propria verborum significatione colligitur, sequenda sit. *per alleg. text. & l Lucius, §. Lucius Titius. de leg 2. l. non aliter in princ. de leg. 3. Mantic. lib. 3. de coniect. tit. 4. nu. 4. post med.* etiam contra piam causam: quia proprietas verborum communis est, tam piæ causæ, quam non piæ *Crauet. in rubr. de leg. 1. n. 131. ad fin. vers. amplius, & in consil. 293. n 7.* Et requiritur coniectura efficax. imo valde efficax, vt à proprietate verborum recedatur. *Alciat in l. Gallus, §. quidem recte, n. 5 de lib. & posth. & in consil. 44. n 33. & 34. & consil. 76 n. 9. & consil. 79. n. 13. 14. lib. 9 idemque tradit Curt. iun consil. 169. n. 1. & seqq.* Ius enim commune aperte constituit, quod non aliter sit recedendum à propria verborum significatione, quam si manifeste appareat de contraria voluntate. *l. non aliter, in princ. de leg. 3. l. si alij. de vsufruct. leg. l. generali 8. duos in fin, eod. tit. l vlt in princ. de dote prælegata.* quæ ipsa contraria testatoris voluntas inspecta ratione verborum, hoc nostro casu deficere videtur.

36. Tertio, quia verba sententiæ † & testatoris eodem modo sunt accipienda, *l. non est mirum, in princ. de pign. act. quam l ad hoc propositum adducit Bart. in l. centesimis. §. vlt. n. 10. vers. ad hoc facit. de V. obl. & Alex. in l. errore n. 10. in fin. C. de testa. adde Eberh loco leg. 52. à sentent. ad testam. in prin.* vnde etiam præceptum testatoris & Iudicis æquo passu procedunt. *Paul. de Castro in consil. 292. n. 7. vol. 2. Socin. sen. in consil. 147. no. 9. vers. 2. vol. 2. Paris. consil. 19. n. 113.*

nu.213. vol. 2.

At verba † sententiæ strictè intelligi debent, *l. si iudex de his qui sunt sui vel alien. iur. & l. si à te. ff. de except. rei iud. Bart. in l. si expressim. n. 2. ad fin. ff. de appellat. & in l. Iulianus. n. 5. ff. de condict. indeb. & sequitur Alex in consil. 46. n. 4. & 5. vol 1. & in consil. 48. n. 9. vol. 6. Ioan. de Anna. in cons. 18. in prin. Soc. sen. in cons. 91. nu 11. vol. 4. Ruin. in consil. 74 n. 8. vol. 4. & consil 116. nu. 6. eod. vol. Curt. iun. in consil. 74. n. 11. vers. item. & consil 179. n. 1. & Soc. iun. cons. 45. num. 23. vol. 1. Couar. lib. 3. var. resol. c. 5. ad fin. in vers. cæterum. Decius cons. 388 n. 2.* 37.

Ergo & verba testatoris vnde etiam actio ex testamento stricti Iuris esse dicitur, *l si aliàs si ex stipulatu, ff. de in lit. iur. §. actionum Inst. de act.*

PRO SEPTIMA dubitandi ratione adminiculatur, quod testator disposuit, vt prædefunctæ filiæ in specie, heres dotem annumeraret, ideoque non præsumitur voluisse, vt hoc casu, reliqui fratres & sorores in ea succedere debeant: Inclusio † enim personæ vel rei, est exclusio alterius, *c. nonne, de præsumpt. c. qualis, distinct. 25. l. cum prætor ff. de iudic. l. in fideicõmissorum. §. cum Polidius ff. de vsur. l ex eo ff. de test. b. l. maritus, C. de procurat. Bart. Ang. & Dd. comm. in l. legata vtiliter. ff. de leg. 1. Roland. à Valle cons. 19 nu. 15. vol. 1 cum infinitis alijs.* Et in genere traditum est, dispositionem ad personas expressas esse restringendam, non etiam ad alias non expressas extendendam, *secundum text. in l. si vnius. §. ante omnia. ff. de pact. & in l. 3. ff de transact. in quibus pactum siue transactio cum persona vna interposita, ad aliam nõ porrigitur, quos textus ad hoc inducunt Socin. iun. consil. 30. nu. 37. vol. 1 & consil. 168. nu. 38, vol. 2. Ceph. consil. 2. n. 22. & seq vol. 1. Bursat. consil. 13. n. 17. & consil. 51 n. 30. vol. 1.* præsertim si persona vna proprio nomine, sicut in nostro casu factum est, expressa sit, *per ea quæ responderunt Dec. consil. 785. & consil 376. Cor. consil. 99. vol. 2. & consil. 182. vol. 3. Alex consil. 56 vol. 5. Berous consil 84. n. 38. vol. 2. faciunt quæ consuluit Decian. cons 1. nu. 41. vol. 1. & cons. 3. nu. 23. vol. 2.* vbi inquit, quod extensio, quæ aliàs admitteretur, non admittatur, si testator se restrinxerit ad indiuiduum, *idque plurib deducit Catheran. cons. 6. nu 3. & seq.* atque aliàs etiam difficilius admittitur extensio à personâ ad personam, quàm ad actus, aut ad res, *per l. si ita quis. §. penult. ff. de testament. tut. Aretinus & alij in l. Gallus, § & quid si tantum ff. de lib. & posth. Decian. cons. 12. n. 44. vol 1. Franc. Viui. decis. 303. n. 11.* vbi dicit, licet dispositio facta in vno casu aliquando extendatur ad alium, tamen extensio † de personâ ad personam non admittatur aliquo modo, adeò vt ad faciendã extensionem à persona ad personam, non procedat argumentum, etiamsi in personâ aliâ non expressâ, eadem militet ratio, & disponens de extensione fuisset interrogatus, quod verisimiliter eam permisisset, *prout illud ampliat Ruin. cons. 74 num 12. vol. 1. Hippol. sing. 499 Paris. cons. 20. num. 18. & cons. 63 nu. 12.*

& conf. 66 nu. 5. vol 3. Iason conf. 220. col. 4 & conf. 228. col. 2. vol. 2. Dec. conf. 211 n. 5. & conf. 218. n. 9 & conf 314. nu 5. Mandell conf. 74. n. 2. Natta conf. 479. n. 6. & post illos Decianus, consil. 10. n. 47. vol. 4. Bursat. conf. 51. n 30. & seq. vol. 1. & nouißime Gamma decis. Lu t 369. n. 4.

Quæ omnia eo fortius in hoc casu procedunt, quod extensioni verborum & sermonis proprietas repugnet, ac proinde extensio alias etiam in casu extensibili permissa, non admittatur, *per tradita à Menoch. consil. 97. n. 22. vol.* 1. Verba enim huius nostræ dispositionis clara sunt & perspicua, vt extensionem, siue interpretationem eiusmodi extensiuam, siue coniecturalem non desiderent. Nam in claris stare debemus expressis, *inquit Verall decis. 28. n 3. p. 1.* nec in ijsdem procedendum per ambages. *Bald. in consil. 572. n 1. in fin. vol. 5.* vel quærendus nodus in scirpo. *Alciat. consil. 8. n. 5. lib. 1 refert Mantica de coniect lib. 3. t. 4. n. 4.* aut vlla vlterius admittenda † est quæstio aut hæsitatio, *per text. in l. ille aut ille, §. cum in verbis. ff. de*
39. *leg. 3. l. continuus, §. cum ita, ff. de v. obl.* Siquidem fas non est, vt in re satis clara inducatur dubitatio, *veluti ait Paul de Castro, per modo alleg ll. quib. accedit l. iam hoc iure, § vlt ff. de vulg. & pupill. substit. & l. ancilla. C. de furt.* Quin stupidi est intellectus in manifestis dubitare. *per Nou. ll 19. in fin.* cum alias dubitatio & vana & maligna dicatur, *in fin. Nouell. 18 & in pr. d. Nouella 19. Marpurg. vol. 3. consil. 24. n. 56 confer 5. n. 30. per tot.*

40. OCTAVAM dubitandi causam, eamque etiam satis grauem & arduam facio, quia casus † omissus habetur pro omisso, *l commodissime. ff de lib. & posth. hered. l si cum dotem. in princ. ff solut. matrim. c susceptum de rescript. in 6.* Et quod testator non addit non debet intelligi. *l. vni §. sin autem ad deficientis. de cad. tollend. l. vni. §. primum itaque. de rei vxor act. Socin. sen. in consil. 69. n. 1 vol. 3. & in consil. 104. n. 8. eod.* cum in casu omisso non præsumatur tacita voluntas *Bald. in consil. 167. incip. quidam Franciscus. vers quandoque de posth. cogitauit, in fin. vol. 2. per text. l. militis codicill. §. veteranus, & ff. de testam. milit. Schurff. consil. 75. n. 2. & 3. cent. 2.* vnde ad præsumendum Iudicium testatoris nihil est subaudiendum. *Bald. consil 232. ad fin vol 5. quem sequitur Crauett a consil. 61. n. 15.* & subauditus intellectus non est admittendus nec persona extrinsecus intelligenda. *l. si ita stipulatus. §. Chrysostomus, ad fin. de v. obl. Signor. consil. 173. n. 2.* Nam testator † non præsumitur aliud velle
41. quã quod verbis expressit *l Labeo, de supellect. leg. Rom. in consil. 71. n. 6. Alex. in consil. 130. vol 2* sed id noluisse dicitur quod cum potuisset, nõ disposuit. *Rom. consil 370. Dec. consil. 365. col. 2. vers. 4. & vlt. & consil. 599. n. 6. Socin. iun. consil. 128. n. 49. & 93. vol. 1. Decian. resp. 12. n. 39. vol. 1.* quin vtiq; expressisset, si voluisset, *l. 1. § sin autem C. de cad. tollend. c. 2. de translat. prælat. c. ad audiẽtiã extr. de decim. Roman. & Alex. in l. lecta, in 3. notab. ff. si cer. pet.* Hinc, quod testator non loquitur nec velle præsumitur, & voluntas in corde retenta, non cõ-

ſideratur, *vt poſt alios ſcribit Rol. Val in conſ. 31 n. 7. & ſeqq. & conſ. 56. n 5. & ſeq. vol. 3. & Ioan. Crot. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum n. 49 v. pro complemento, de lib. & poſth.* cũ nihil operetur, quin imo dicatur abortiua, *vulgo l. ſi. repetend C. de condi. ob cauſ. l. quidã cũ fili ũ ff. de hered. inſtit. c. 1. & ibi gloſ. de eo qui mitt. in poſſeſſ. & eſt notab. text. in c. ſicut femina. 32 qu. 2. Cacheran. deciſ. Pedemont. 118. n 8.* vnde nec mens teſtatoris attenditur, quando verba in totũ deficiunt, *vt ſcribunt Bart. & Paul. de Caſtro, in l. in ambig. de reb. dub.* Non enim poſſumus mentẽ elicere, vbi prorſus verba deficiũt. *Old. in cõſ. 142. Anch conſ. 266 in fin & cõſ. 288. n. 3. & conſ. 356 n. 3.* Sed tũ demum dicitur attendenda quãdo ex verbis colligi poteſt, *iuxta gloſſ. in c. intelligentia. & in c. praeterea. de v. obl.*

His accedit quod teſtamento † morte teſtatoris confirmato, nemo poſſit quicquã addere, vel mutare: quia lex dicit, vt ſcriptũ eſt, ita ius eſto. *Bald. in cõſ 301. n. 2. vol 7.* Et imputãdũ eſt teſtatori, quõ nõ proſpexit in eo caſu, de quo dubitatur. *Ioan. de Anna cõſ 68. in fin.* adeo vt caſus cõtingẽs præter ordinationẽ teſtatoris, nõ includatur ſub diſpoſitione, etiãſi eſſet maior diſponendi ratio. *Anch. cõſ. 356 n. 3. v. nec ad iſtũ caſũ. Deciã cõſ. 218. n 11. & cõſ. 291. n. 7. Oldr. conſ. 142. v. ſed cõtrariũ. Pariſ. cõſ. 89. n. 20 vol. 2. & conſ. 74. n. 24. & cõſ. 108. n. 40. vol. 3. Grat. conſ. 19. n. 21. vol. 1. Natta conſ. 667. n. 10.* 42.

Ex quib⁹ omnib⁹ colligitur, quõ caſus omiſſus habeatur pro omiſſo. Nec ſatis eſt ex ijs quæ teſtator ſcripſit, probabilibus & veriſimilibus coniecturis ſumi & haberi, æqualiter fratres & ſorores, defunctę ſorori in legato ſuccedere debere, ſed omnino requiritur, vt de eo teſtatoris diſpoſitio clara & manifeſta ſit. *Cottmã. 2 reſp 65. n 128.* Nã regula extat, quod in caſibus vbi opus eſt expreſſione verborũ; nõ ſufficit implicita & tacita cõmemoratio. *Sub. ad l. 4. ſi pater. n. 2. C. de inſtit. ſubſtit. & reſtit.* Cui accedit quõ in cõtrarietate ſtandum ſit verborum proprietati *Menoc. 4. praeſ 102. n. 10 circa fin.*

NONAM dubitãdi rationẽ produco, quod regulariter hereditas † nõ adita non trãſmittatur, *per text in l. 1. §. in nou ſ C. de caduc. tollen & in l. quoniã ſoror C. de iur. delib. & in l. vnic. C. de his quae ante apert. tab Bart. in l. is poteſt ff de acq. here. adde Socin Reg. 217. & Menoch. 4. praeſ. 201. n. 26. Gail. 2. obſ. 128. n. 8. & 2. de P. P. c. 19. n 15* cũ trãſmiſſio ſit quædã ſucceſſionis prorogatio, eiuſdẽ formæ & naturę. *Bald in l. 3 ſub n. 5. C de her. inſt.* & quaſi vis ac poteſtas ſuccedendi migret de ſubiecto in ſubiectum. *Fern Vaſq. de ſucceſ. progreſ. §. 6. lib. 1. inducit Alex. Raud. de analog. in append part. 1. n. 180* hæreditas etiã antequam adeatur in bonis noſtris non ſit *l. pretia rer 63 ff ad l. Falcid. l. ſi. iuſſu, 45. ff. de furt.* 43.

Eadem ratione fideicõmiſſum † ſiue legatum non agnitũ nõ tranſmittitur, cum fideicõmiſſarius inſtar hæredis ſit, *text in §. reſtituta, Inſtit. de fideicõmiſſ. hered gloſ. in l. ita tamen, §. Marcellus in verbo, iudicium ff. ad S C. Trebell. Gail. 2. obſ. 131. n. 2.* heres autem ante aditã hereditatem nihil iuris eſt cõſecutus ſuper illa hereditate, *vt notat Bart in l. is poteſt, n. 13 ff. de acq. her. Alexan.* 44.

 quod

in d. l. preciarerum, n 3. ff. ad L. Falcid Gail. 2. obs. 12 n 6. quapropter Ius quod non habet, non potest quoque transmittere Gail. 2. obs. 51. n. 3. ne-
45. mo enim potest dare, quod non habet. Gail 2 de P P. cap. 19 n 15. cum priuatio † præsupponat habitum, l 115. de V. obl. l. 5 de in iure iur. Gail. 2. obs. 21 n 5. Harprecht. Inst. t. de rerum diuis. § 12. n. 23. & non entis nullæ sunt qualitates, Gail. 2 obs. 18 n 6. nemoque plus Iuris in alium transferre possit quam ipse habet, l. nemo 54. & l 16. ff. de R. I. c. nemo extr. eod in 6 facit l. traditio ff de acquir. rerum dom. item c. nuper. extr. de donat inter vir. & vxor c. Dilabertum, 1. q. 7. l. si filius, C. de dona. Fulg cons. 63. col. 3. Res enim semper cum sua qualitate & causa ad alios transit, l. generaliter, § quoties. ff. de fideicomm. libert. l. si aqua ductus 47. ff de contrah. empt l in venditione 41. ff de act. nupt. Crau consil. 202. n. 3. & 4. Kellenbentz, de renunciat. success. quæst. 23. n. 2. & 3.

Decima dubitandi ratio accedit, quod in nostro casu dos legata sit filiæ; Dos vero succedit loco alimentorum Gail. 2. obs. 147. n 13. alimentorum autem Legatum non transit ad hæredes, per l. legatum, 10. ff. de cap. minutis. l si in singulos, 8. l. Caius, 2. ff de annuis leg Nicol Vigel M l. Controuers. lib. 4. c. 10. Reg. 66. in fin Ergo nec hoc Legatum dotis, quod est in con-
46. trouersia: In quo neque Ius † accrescendi locum habet. Nam illud ex tacita testatoris voluntate inducitur l si Titio & Mauio, § Iulianus de leg. 2. tacita vero testatoris voluntas ex coniunctione colligitur, quæ parit ius accrescendi, l. re coniuncti. de leg. 3. l. vnic. § vbi autem legatarij. & §. si vero non omnes, de cad. tollend. Bald. in consil 174. n. 1. vol 1. & ideo ius accrescendi merito ius coniunctionis appellatur, l. si sub conditione in fin quibus modis vsusfr. amittatur. Cum autem in hoc nostro casu fratres & sorores neque re, neque verbis coniuncti, neque etiam vel expressa vel tacita substitutio: quæ etiam ius accrescendi cessare facit, vt probat Eberhard loco 27. n 3. facta, sed singulis ab initio separata quantitas legata Ius accrescendi intereos locum non habebit. l 3. ff de vsufr. accrescendo. l 16. in fin. de leg. 1. Godfred. ad l. 38. §. filiam. 2. l ij. ff de leg. 3 . etiamsi verbis essent coniuncti. Iason in l re coniuncti n. 104. de leg. 3. pro quo elegantem ponit casum Mantica lib. 10. de coniect. vlt. vol. t 3 . n. 19. quem de facto. Iasonem Papiæ habuisse, ibid. refert. Diff. D D. ad leg à Schleiff. ff. de vsufr. accrescendo n. 1 adde Menoch. 4. præsumpt. 159. n. 7.
47. Vndecima dubitandi ratio suffragatur quod testator † in dubio præsumitur, quanto minus potest grauare voluisse hæredem. Clarus, §. testamentum, qu. 76 vers testator. 9. Menoch. 4. præsumpt. 10. n. 25. & præsumpt. 106. n. 18. Caccherat. decis. 52. n. 8. Imo legatum debet potius reddi inutile, quam quod testator voluerit grauare hæredem. Barb cons. 63. in fin. lib. 3. Iason. in l. qui rerum, in primo notabili, & in l. cum res, n. 1. de leg. 1. Crauet. consil. 32 n. 15 & consil. 167. n. 14. Menoch. 4. præsumpt. 106. n. 21. pro quo affectio testa-

to-

toris in hoc nostro casu eo magis præsumitur, quod eam primo nominauerit, *argumento eorum quæ tradit Menoch. 4 præsumpt. 16. n. 3. & 4.* & quod pater † regulariter præsumatur plus diligere primogenitum, quam alios. 48.
Alberic. in proœm. digestorum, §. discipuli & in l. pen. col. 2. vers. & hoc suadetur C. de donat. inter vir. & vxor. Oldrad. consil. 94. col 4. vers. hoc etiam suadet. Corn. consil. 244. coll. 2. vol. 2 ita vt dubium non sit, eum hoc in casu solum heredem succedere voluisse, quo nomen, stirps & familia parentis eo melius conseruari posset, Nam ad familiarem dignitatem conseruandam, bona & diuitiæ maxime conducunt, *per tex. infra in decid. rat adduct.*

Fraudem autem, ob solitariam hanc successionem, cæteris fratribus & sororibus facere, hæres non dicitur: quia non intelligitur fraudem committere, qui vtitur facultate sibi à testatore concessa *l. 1. §. si proponebatur, si quis omissa caussa testa. ab intest. possid. hered.* Et qui Iure suo vtitur † nemini facit iniuriã, *c. cum Ecclesia, de electio. & electi pote. & ibi notat Abb. in n. 4. et pro concordanti adducit, l. non videtur, de R. I.* quod procedit etiamsi quis alteri noceat, dummodo nocendi animum non habeat, *vt notat glossa in d. c. cum Ecclesia, in verbo iniuriã, & Abbas, n. 11. & probatur in l. 2. §. idem Labeo ait, si vicinus, & in l. 3. §. si vicinus, de aqu. pluui. arcend. & l. cum eo, de seru. verb. præd. gloss. in l. qui luminib. in fin. eod tit.* 49.

Neque hoc durum alicui videri debet quod solus hæres in Legato nostro succedere debeat, cum etiam voluntas testatoris procedat, etsi extraneos præferat filijs suis: quod licet durum videatur, in remotiores & extra familiam bona testatoris deferri; tamen esset magis iniquum & irrationabile, si manifesta testatoris voluntas subuerteretur. *Dec. in decisiuo consil. 8 . n. 20. in fin. & 21. idemque tradit in consil. 465. in fin.* quia nihil est quod hominibus magis debeatur quam vt supremæ voluntatis liber sit stylus, & licitum, quod non redit, arbitrium. *l. 1. C. de S.S. Eccles. vbi D D. comm.* Ideoque cui testator magis fauet, ei etiam Lex magis suffragatur. *§. disponat. in auth. de nupt. Bald. in l. 1. n. 8. de instit. & subst.*

Non obstat igitur in nostro casu, quod fratres & sorores superstites, secundum ius commune, defunctæ sorori succedere deberent, testator autem præsumatur se voluisse conformare cum dispositione iuris communis: Illa enim coniectura in hoc casu nostro non procedit; siquidem quando testator sub conditione disposuit, *prout hic fecit*, non præsumitur confirmasse se cum dispositione iuris communis, vel statuti, *referente Menoch. 4. præsumpt. 202. n 24.* Deinde prædicta coniectura duntaxat sequenda est, cum verba non contradicunt, si enim verba repugnent huic interpretationi, locum non habet: imo à propria verborum significatione non licet recedere propter illam coniecturam, *Alexand. in l. heredes mei. §.*

cum ita, n. 11. vers. ex praedictis. ff. ad Trebell. & in consil. 176. n. 5. vol. 7. Curt. iun. consil. 128. n. 9. & Socin. iun. consil. 66. n. 5. vol. 4. Alciat. in 3. Reg. praesumpt. 32. n. 1. & 2. Cum enim clare constat de voluntate testatoris, non debet interpretari, vt sit conformis dispositioni Iuris: quia in claris non opus est coniecturis *l. continuus, §. cum ita. de v. obl. & ita Socin. sen. scribit. in l. 3. n. 4. in fin de leg 1. & S. n. 30 latius probatum fuit.* Modicae igitur aut nullius vtilitatis videtur haec coniectura, quam Doctores tanti faciunt, & saepissime in Responsis adducunt: quoniam ius siue Lex ipsa potius praesumitur velle conformari cum voluntate testatoris. *l. pen. de necessar. hered. instit. & ita animaduertit Lancel. Polyt. in tractatu substitutionum, in tit. de vulg. subst. secundum veterem impressionem, in v. 4. n. 74. quod scrib. etiam Sylu. Aldobr. consil 55. num. 22. & 23.*

50. Postrema & vltima dubitãdi causa est, quod quo ad diuisionem † parentum stetur iudicio, *text. in l. si cognatione, 21. C. fam. ercisc.* & sufficiat inter liberos quodcunque patris iudicium, *per doctrinam Bart. in l. militis, §. veteranus. ff. de testam. milit. & plurib probat. Menoch. consil. 317. n. 19. & seq vol. 4. refer. Marp. vol 2. consil. 25. n. 34.*

51. cum nemo † melius, quam pater, pro liberis suis consilium capere credatur, *l. nec in ea, ff. ad l. Iul. de adult. l. pen. C. de sponsal. Paul. Paris. consil. 160. n 47. vol. 4. Aymon Crauet. consil. 1. n. 2. vers. & pietas paterna, vol* 1. Vt cuius amor est inaestimabilis, *Bald. in l. precib. col. 6. C. de impub. & alijs subst.* enixus & ardentissimus, *gloss. in l. Paulo Callima. bo. § Pomponius. ff. de leg 3 Crau d. cons. 1. n. 2. Paul. Paris. d. consil. 106. n. 49. per l. fin. C. de curat. fur.* adeo vt non debeat ab aliquo redargui. *Paris. d. consil. 106. n. 49.* quod patri visum est competens & vtile pro pace & tranquillitate filiorum. *Paris. d. cons. 106. n. 48. per l. si furiosi in fin C. de curat. fur. prod. dand. l. fin. C. eod Paul. de Castro consil. 108. super primo requisito. dub. 7 vol. 1 Crau. d. consil 1 n 2.*

52. multo minus vero possit, neque debeat † displicere filijs, quod patri placuit. *Berous consil. 74. n. 2. vol. 2. Ernest. Cothon. vol. 1. resp. 23. n 119.* sed eiusdem dispositionem accuratè obseruare teneãtur, etiamsi vni plus, quàm alteri assignatum sit, *text. in l. ex parte, §. fin. & l. si vni. §. idem Papinianus ff. fam ercisc. & l. quoties. C. eod Gail. 2 obs. 116. n. Schurff. cent. 2. cent. 17. n. 1 & seqq & cons. 60. n. 1. & cons. 96. n. 1. 2. & 3.*

53. Iuris enim indubitati est, quod quilibet † rei suae moderator sit & arbiter, *l. in re mandata, C. mand. l. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien iur. l. per prouincias, C. de aedific. priuat c. de ijs, de sepultur.* etiam in abutendo. *l. sed si lege. §. consuluit. ff. de petit. hered quem text. ad hoc singularem dicit Iason. in l. more, col. 3 ff. de iurisd. omni iudic. & in l. fin. C. qui testam fac. poss.* quoniam iniquum est hominibus ingenuis non esse liberam rerum suarum administrationem, *dicit text. in l. 2 ff. si a parent. quis manumiss. Bald. in prooem ff. col pen. vers. iuxta hoc quaero.*

quarto. Castrens. consil 125. vol. 2. Dec. consil. 55. nu. 7. & conf. 52. num. 2. & consf. 419. num 3. Sicutiè contrario iustum est, vnicuique sua committere, *l. nemo exterus. C. de Iudais.* Ex quo etiam Doctores arguunt, Domini id esse proprium, vt quis rem suam alienare, atque de ea pro libitu disponere possit, *Bart. in l. si quis, §. differentia, nu. 4. ff. de acquir. vel amittend. possess. Bald. in l. foemina, §. illud. C. de secund. nupt. Socin. iun consil. 572. col. fin. & consil. 107. n. 31. vol. 3.*

Alienationem vero & dispositionem huiusmodi, non inter viuos tantum, sed in quacunque vltima voluntate fieri posse, diserte affirmat *Bald. in d. l. foemina, §. illud. C. de secund nup. & est text. apertus in l 1 C. de S. S. Eccles. similiter facit l. 1. ff qui testam. fac. poss. l. 1. ff. ad l Falcid.* idque publicæ vtilitati conuenire docet *Guliel. Benedict. in d. c. Raynutius, part. 1. verbo, testamentum, n. 6. per l. 1. ff. solut. matrim. & l. defunctus. C. arbitr. tutel.* Tanto facilius autem alienationes, aliæque dispositiones in vltimis voluntatibus, quam inter viuos permittuntur, quanto vltimæ voluntates actibus qui inter viuos fiunt, sunt fauorabiliores, *arg. §. fin. Inst qui & ex quibus. l in testament. ff. de R. I. c dilectus, de donat. Bursat. consil. 30. n. 57. lib. 1. Wesenb. consil 50. n 18. cum similib.* Quocirca testandi facultas extendi, non restringi debet, *text. est in l. cum duob. §. idem respondit. ff. pro socio. & in l. fin. vbi D D. C. de pactis.*

Ad speciem verò propius accedendo, pater † de bonis suis disponere potest pro arbitrio, dummodo liberis legitimam suam relinquat. *l. parentib. C de inoffic. testam. & notatur in auth. nouissima. C. eodem. Iohan de Anan. consil 29. dub. 4 Castr. consil. 35. vol 1. Paris. consil 93. n. 4. vol. 2. Cephal. consil 117. n. 6. lib. 1* vbi dicit, quod pater præiudicare possit liberis suis legitimis & naturalibus vltra legitimam: quod cum verum sit, si dipositio fiat inter extraneos & liberos, tum vero multo magis procedit, si dispositio fiat inter liberos tantum, *per d. §. ex imperfecto. l. cum quærit. C. de inoffic. testam. §. 1. auth. de triente & semiss §. aliud quoque capitulum, auth. vt cum de appellat. cognosc. & in princ. auth. vt liceat matri & auiæ.* Quin imo, quod in arbitrio patris sit, vni ex liberis relinquendi plus, quam alteri, eosque ex portionibus inæqualibus instituendi, salua tamen legitima, probatur *ex l. hac edictali, §. sin autem. C. de secund. nupt. & §. penult auth de nupt. l. omnimodo l quoniam in priorib & l. parentib. C. de inoffic. testam. & notant Bart. in l. pater filiam, n. 2. in fin ff. de collat. dot Bald in consil. 208. n 1. vol. 5 & in consil. 336. n. 2. eodem vol & consil. 80. vol. 5. Angel. consil. 394 n. 3. Paul de castro & Iason, in d l parentib. & in l. hac edictal. C de secund. nupt. Castr. consil. 150. in princ. vol. 2. & in consil. 429. in fin. eodem. vol. late Curt. iun. consil 110. 8. ad fin. & 10. Alex. consil. 82. in fin. vers. non obstat. vol. 4. Dec. consil. 246. n. 2. & consil.* 54

6. col

6. col. 2. n. 4. faciunt scripta à Zuchardo in l. 2. n. 13. C de pact. Crau. consil. 142. n. 1. & consil. 256. in princ. Mantica de coniect. vlt. volunt lib. 6. tit. 2. n. 15. Gail. 2. obs. 112. n. 24. & d lib. obs. 116. n. 3. vbi Bernh. Greue. n. 9. & 10. ad quod facit quod pater vni filiæ maiorem dotem constituere possit, quam alteri. *Ruin. consil. 56. n. 8. vol. 1. Socin. iun. cons. 53. n. 6. vol. 1. Paris. cons. 106. n. 46 vol. 1. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 7. n. 3.*

55. Et hæc quidem in tantum procedunt, vt testator † pœnam priuationis testamento adijcere possit, contra heredem vel legatarium, in casum non obseruatæ voluntatis, eo testamento expressæ, *l. vnic. C. de his quæ pœnæ nomina, vbi notant etiam Alberic. de Rosate, Bart. Bald. Castr. Ias. & alij* DD. *§. pœnæ nomine Instit. de leg. vbi Angel. Fab. Plate. Schneiduvin & alij, d. c. Raynutius, §. 1. de testam. vbi gloss. Iohan. Andr. Couar. & alij canonistæ.* Et huiusmodi pœna committitur etiam ex sola heredis vel legatarij contradictione & impugnatione, licet ea de iure effectum non sortiatur, *d. c. Raynaldus §. 1. vbi id notant Panorm. & Couar & facit l. vnic. C. de nundinis, l. Aurelio, §. Caius ff. de liber. legat.* Nec tantum ipsum hæredem sed & heredem heredis huiusmodi pœna priuationis adiecta afficit, vt videlicet ob non seruatam voluntatem defuncti, in eam pœnam incurrat. *Socin. iun. consil. 129 n. 7. vers. secundum dubium, lib. 3. Menoch. consil. 53. n. 3 allegans etiam Iasonem in consil. 25. n. 1. li. 1.*

Cum itaque reliquis fratribus & sororibus, hac nostra parentis dispositione, de legitima nihil ademptum sit, sed eam abundanter saluam retineant, ea contenti, ne se testamento parentis indignos reddant acquiescere tenentur, quippe alias explorati & manifesti iuris est quod liberis †

56. qualiscumque voluntas patris seruanda sit, quantumuis nulla legum solemnitate confirmata fuerit, etiam in casu quo ab intestato ei succeditur, *textus est in l. quoties, l. filij, 16. l. si cogitatione, 21. & l. fin. cum annexa auth. si modo C. famil. ercisc. d. c. Raynutius, vbi Canonistæ. extr. de testam. l. hac consultissima 21. §. ex imperfecto, vbi Paul. de Castro, n. 2. & Iason, n. 2 & 3. C. eod idque omnes Doctores affirmare ait Iason in auth. nouissima. n. 16 C. de inoffic. test. Adstipulantur Tiraquell. in tract. pia causa, priuil. 4. per tot. Iul. Clar. lib. 3. sentent. §. testamentum, qu. 8. & quatuor seqq. Alex. consil 105. in fin. vol. 7. Paul de Castro consil. 93. n. 2. lib. 1. late Schurff. consil. 61. cent. 3. Zas. consil. 1. n. 1, & 2. vol. 2. Menoch. consil. 20. n. 41. & consil. 45. n. 13. Tiber. Decian. resp. 31. n. 1. 2. & aliquot seqq. vol. 1. & respon. 46. n. 157. vol. 2. late Mantica lib. 6. de coniect. vlt. vol. tit. 2. n. 19 vers. sed in contraria sententia, n. 20. & seqq. Wesenb. consil. 28. n 29 & consil. 29. n. 37.*

57. *40. & 42. item consil. 35. n. 5. & 6 Gail. 2. obs. 112. n. 13 & seqq* Et parentes † colere & reuereri non tantum Dei voce iubemur. *Exodi 20. vers. 12. Deut. 5. vers. 16. Eccl. 3. vers. 9. & seqq. Matth. 15. vers. 4. Marci 7. vers. 10. Ephes. 6 vers. 1. 2. Col. 3. vers. 20.* sed & gentium iure parentibus parere. *l. veluti. ff. de iust.*

& iure

& iure, ac naturæ religione obſequium debitum iugiter præſtare teneamur, *l. liberi, C. de inoffic. teſtam.* quæ certe Iuris naturæ & gentium religio contemnitur, ſi reuerentiam debitam non agnoſcas. *l. 3. C. de patr. poteſt.* patris perſonam quæ tibi ſemper ſancta & honeſta videri debeat, *l. liberto ff. de obſeq. parent. præſtand.* impugnando eius voluntatem profanes; *referente Erneſto Cothmanno 1. reſp. 23. n. 3. & ſeqq.*

Atque hæc & ſimilia, in fauorem heredis produci poſſunt, quæ licet omnia valde ſpecioſa, primaque fronte magni ponderis eſſe & pro herede facere videantur, ijs tamen & quibuſcunque alijs non obſtantibus, Legatum hoc noſtrum non Conditionale, ſed purum eſſe, & ad hæredes tranſmitti, rationi & iuri magis conſentaneum eſſe, tum CONIECTVRIS, tum etiam RATIONIBVS plusquam ſatis probari poteſt.

58. CONIECTVRIS, quæ † aliquando ex ipſiſmet verbis teſtamenti, aliquando extra verba, ſeu ex tacita mente ipſius teſtatoris colliguntur, *ita Bald. & Socin. ſen. in l. heredes mei, § cum ita, ad Trebell. & ibid. Zanch. in 4. parte n. 181. vbi recenſet plurimos alios. Pariſ. conſ. 5. n. 16. & 17. lib. 3. & Rubeus in conſil. 8. n. 9. Menoch. 4. præſumpt. 201. n. 79. quod etiam probat Bernh. Greue 2. concluſ. 132. n. 16.* quia quotiescunque dubitatur vtrum Legatum ſit purum vel conditionale, toties ad coniecturas recurrendum eſt, ex quibus Legatum dotis poſſit intelligi purum & tranſmitti ad heredes, *vt inquit Mantica lib. 3. de coniect. vlt. volunt. tit. 23. n. 9. in fin. confer. Gail. 2. obſ. 135. n. 6.* ex † legitimis enim coniecturis euidens demonſtratur voluntas teſtatoris. *l. licet* 59 *Imperator. & ibi Bart. n. 10. de leg. 1. l. cum proponebatur, de leg. 2. Ceph. conſil. 114. n. 22. & in conſil. 188. n. 7. & ſeq.* adeo vt mens & voluntas teſtatoris ex coniecturis apparens, in legatis magis quam verba attendenda, *quod late probat Gail. 2. obſ. 135. n. 5.* Coniecturis enim & præſumptionibus probantur quæcunque ſunt difficilis probationis & in animo conſiſtunt, *vt concludunt comm. D D. in c. fin. qui matrim. accuſ. poſſ. & in c. 2. de conſtitut. & in c. quoſdam. de præſumpt. Alex. in l. ſicui. §. iiſdem, de accuſat. Cacheran. deciſ. Pedemont. 71. n. 30.* imo quod præſumptionibus & coniecturis colligitur pro expreſſo habetur, *Vigel. lib. 3. controu. cap. 10. Reg. 17. Decianus conſil. 34. n. 98. & 99. vol. 3.* Siquidem par eſt virtus taciti & expreſſi, quia procedunt ex eadem potentia cauſæ efficientis. Ergo idem debent operari *ſecundum Bald. in l. 3. ff. de teſtam. tut. textus eſt in l. de quibus. in fin. ff. de legibus. & in l. cum quid ff. ſi cert. pet. & in l. tritum, ff. de V. obl. vbi D D. & vult Capolla in conſil. 21. in 6. col.* Vnde coniectura etiam leuis ſufficit ad probandam & obtinendam teſtatoris voluntatẽ, *l. talem inſtitutionẽ, in fin. ff. de hered. inſtit. confer. inf. n. 250. & n. 276. & ſeqq. vbi latius.* Et quidem Coniecturæ operantur † tranſmiſſio- 60. nem, non ſolum ad vtilitatem deſcendentium, ſed etiam ad commodum

 here-

heredem extraneorum legatarij vel fideicommissarij. *Ruin. consil. 85. col. pen. in fin. & consil. 156 n. 1. & 4. lib. 2 Parif. consil. 25. col. 2. lib. 2. B. rous consil. 104. col. 10. vers. non obstat tertio, vol. 2. Crauet. in l. cum filiofam. in 3. parte n. 359. de leg 1. Zanchus in d. l. heredes mei, §. cum ita, in 4. parte n. 134* etiam in eo casu quo fideicommissum vel legatum esset quasi caducum, vt si Legatarius vel fideicommissarius decesserit ante testatorem, *ita Ruin. in consil. 28 & in consil. 156 n. 5. lib. 2. Dec. in consil. 369. & in consil. 574. n. 4. & in consil. 662. n. 3. Alciat. in resp. 659. Modern. Parif in addit. ad Alex. in conf. 109. lib. 2. Zanch. in d. §. cum ita, in 4. parte n. 155.* Hinc etsi regulariter Legatum dotis videatur esse relictum sub tacita conditione nuptiarum, *prout s. n. 4. deductum fuit.* tamen dubium non est, quin legatum relictum pro dote, ante contractum matrimonium debeatur, & transmittatur ad hæredes, etiam matrimonio non subsecuto, quoties ex coniecturis possit deprehendi testatorem hanc habuisse voluntatem, *Bart. in d. §. Titio genero. n 2 in princ & n. 3. Vers. prædicta vera. Angel. consil. 393. n. 2. Anchar. in consil. 232. & in consil. 323. Abb. in consil. 92. lib. 2. Corn. consil. 40. n 15. lib. 3.* Crau *consil 101.* Couar. in c. 3 n. 11. vers. 8. *de testam.* quod quidem extenditur, vt habeat locum, etiam si legatum dotis relictum sit. Cum nupserit, quia adhuc ex coniecturis intelligitur purum *vt consuluit Socin. sen consil. 92. n. 8. lib. 1 refert. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 23 n 2.* cum aliàs pro conditionali habeatur, *vt tradit Menoch. 4. præsumpt. 145. n. 3. & 201. n. 20. in fin. Mantic. d. lib. 11. tit. 18 n. 20. confer infra n. 246. & seqq.*

61. RATIONIBVS probari potest, quia voluntas † testatoris & cuiuscunque disponentis. Ratione probatur & demonstratur, *argumento l. iurigentium §. pactorum ff de pactis. & illa per illum text. post Betran. dixit Socin. iun. in consil. 122. n. 20. vol. 3.* tria enim sunt, quæ vnum & idem operantur: videlicet verbum, Ratio & Mens. *Bald consil. 2. n 2. vol. 1.* & inter cæteras hæc est præcipua interpretatio voluntatis, quæ colligitur ex Ratione, per quã extenditur & restringitur totum testamentum, *l. cum pater, §. dulcissimis, de leg. 2. l. vlt ff. de hered. instit. Anchar. consil. 152. n. 9. Crau. consil. 243. n. 9. Decianus consil. 1. n. 227. lib. 1.* & præfertur verborum significationi. *Castrens. in consil. 115 n. 1. vers. constat.* Siquidem illa interpretatio, quæ fit per punctum rationis, dicitur necessaria. *Bald. in consil. 411. n. 1. vers. vnde quod*
62. *vni, vol. 1 Crauet. consil. 3. n. 23. & consil. 135. n. 37.* Nec ille loquitur sine lege, qui allegat Rationem: quia lex est omne quod Ratione consistit, *vt vult glos. in c. ex eo, super verbo rationis, de elect. lib. 6. & vult Salic. in l. illam, C. de collat. Panorm in c. secundo requiris in de appellat.* Ratio enim naturalis est quasi quædam lex tacita, *l. cum ratio, in princ. ff. de bon. damnatorum. c. ratio, de preben. & c. fin. de trans act. text. clem. 1. de electio. confer eleg. E-*

berh.

berhard. in praamb. n.15. & 16. vnde sufficit inducere rationem, etiam non inducto aliquo textu, vel glossa, vel alia auctoritate alicuius doctoris, *Gentzelinus & Card. in d. clem 1. de elect. text. in l. scire oportet, §. sufficit, ibi ex ipsa naturali iustitia. ff. de excusat. tut. & ibi Bald. reputans hoc nota dignum. & circa hoc multo cumulantur per Felin in c. tua nos, de iureiurando.* Et licet ratio † non fuerit testamento expressa, si sola potest excogitari & assignari, perinde habetur, ac si esset expressa, *gloss. in l. quamuis. de fideicomm quam adnotauit Bald. Rach. Fulg. Paul. Castr. & Iason qui plura congessit n 6. & seq. Raph. Fulg. in consil 51. n. 1. & 2. Corn. in consil. 217. n. 9. vol. 3. & in consil. 291. n. 7. vol. 4. Grat. in consil. 111. n 21. vol 2. Alex in consil. 100. n. 10. vol. 4. Socin. sen. consil. 12. n. 5. vol. 3. Dec. consil. 15. n 2 vers. & licet Bart. communem attestatur & sequitur Soc. iun. in consil. 167. n. 21 & in consil. 178. n. 13. in fin. & in consil 181. n. 37. vol. 2. Paris. consil. 42. n. 1 . & in consil. 75. n. 69. & in consil. 77. n. 15. vol. 2. & consil. 66. n. 43. vol 3.* ita vt dubitandum non sit, quin ex Ratione expressa voluntas testatoris colligatur. *Paul. Castr. consil. 115. n. 1. ver. constat, vol. 1. conf n. 185* 63.

His ita pręmissis, hoc nostrum Legatum purum esse, & ad heredes trãsmitti probatur PRIMO, quia in certum ætatis tempus, nempe trigesimũ annum, conceptum est, tale autem legatum, † non conditionale sed purum est, & ad heredes legatarij si is ante determinatum tempus decesserit, trãsmittitur. Ratio est, quia tempus illud ætatis solutioni & executioni, non autem substantiæ legati adiectum esse præsumitur. *ita glossa in l. ex his 5. C. quando dies leg. ced. Capra in consil. 79. n 3. Socin. sen. in consil 92. col 6. vers. confirmatur. lib 1. & consil. 97. n. 4. lib. 3. Alban in consil. 19 n. 28. & in consil. 31. n. 4 Hieron. Zanch. in l. haredes mei. §. cum ita in 4. parte, n 67. & 356 ff. ad Trebell. Rota Roman decis. 782. n. 18. & 19. parte 1. quos secutus Menoch. consil. 251. n. 53. lib. 3.* Non enim dixit testator, lego tot mille filiæ meæ N quando erit triginta annorum, sed simpliciter dixit, lego tot mille filiæ meæ N deinde adiecit tempus solutionis dum subiunxit, quæ dari volo quando peruenerit ad trigesimum suæ ætatis annum: ac propterea legatum hoc sui natura & substantia purum est: solutio vero in certum tempus dilata, ideoque locus est transmissioni, ita statuit Imperator Alexander Seuerus, *in. d. l. ex his 5. C. quando dies leg. ced.* cuius verba hæc sunt: Ex his verbis, *do AEliæ Seuerinæ filiæ meæ, & secundæ decem, quæ legata accipere debunt cum ad legitimum statum peruenerit:* non conditio fideicommisso aut legato inserta, sed petitio in tẽpus legitimæ ætatis dilata videtur. Et ideo si AElia Seuerina filia testatoris, cui legatum relictũ est die legati cedente, vita functa est, ad heredem suum, actionem transmittit, scilicet vt eo tempore solutio fiat, quo Seuerina, si rebus humanis subtracta non 64.

 fuisset

fuisset, vicesimum quintum annum ætatis implesset. Non cœptum enim annum, sed impletum, si de emolumento relicti fideicommissi tractetur, exspectandum esse iurisprudentibus placuit. In hac lege aperte noster casus deciditur; statuiturque legatum à patre in certum tempus conceptum, quale nostrum est, non conditionale, sed purum esse & ad heredes transmitti, eo videlicet tempore, quo filia, si rebus humanis subtracta non fuisset, trigesimum ætatis annum implesset. Nam hæc verba; cum ad legitimum statum peruenerit, legatum mora saltem non conditione suspendunt, *l. 46. in fin. ff. ad Trebell. l. 26. §. 1 ff quando dies leg. ced* tempus enim certæ ætatis legato adiectum, vt iam dictum, non facit conditionale, *confer. 1. n. 264.* Ideoque si Legatarius ante ætatem moriatur, petitio legati ad heredes eius transmittitur, *per alleg. l. 5. quam ita omnes DD. intelligunt, testante Menoch. lib. 4. præsumpt. 201. n. 46. adde Hotom. consil. 21. & Godefred. ad d. l. 5. C. quando dies leg. ced.*

Quæ quidem cum de legato nullius sc. causæ respectu facto procedere intelligantur, multo magis de nostro casu procedent, in quo pater simpliciter legauit filiæ certam quantitatem causa dotis, & ipsi filiæ le-
65. gitimam non reliquit: hoc enim casu † Legatum omnimodo purum dicitur, *ita Bart. in d. §. Titio genero. n. 4. vers. sed si alias legitimam quem secuti sunt Bald. in consil. 248. lib. 4. Anch. in consil. 323. Alex. consil. 77. lib. 5. Soc sen. consil. 92. n. 8. lib. 1 Ruin consil. 53. n. 12. lib. 2. Fran. Marcus in decis. 841. n 3. plures congessit Menoch. consil. 251. n. 33. lib 3.* quia pater hanc dotem dicitur
66. reliquisse loco legitimæ, *Gail. 2. obs. 122. n. 13. & 147. n 6* quam † necessario ipsi filiæ: & quidem titulo institutionis, *testante Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 22. n. 36. Wurmse. lib. 1. obs. tit. 39. obs. 9. n. 11. & Gail. 2, obs. 112. n. 11.* rationes eiusdem tradunt *Aluarus Velasco 1. decis. consult. 23. & Marpurg. in consilijs, vol. 2. consil. 19 n. 18.* relinquere tenebatur, ne testamentum redderetur nullum, *argumento l. si extraneus, in princ. ff. de condit. ob caus. & hac ratione motus fuit Bart. in d. §. Titio genero, qui communiter approbatur. Socin iun. in consil. 134. n. 17. lib. 1.* Illa siquidem testamenta quibus prætereuntur liberi, in valida prorsus ac nulla esse, adeo iuris rationi consentaneum est, vt licet ab ijs qui præteriti sunt, non dicantur nulla, tamen pro nullis habeantur, *vt notat Iason in l. posthumo, n. 15. C. de bon. poss. contr. tab. illamque sententiam communi Doctorum calculo receptam esse testatur Emanuel Soarez in thesauro recept. sent. lit. F. n. 217. prout refert & sequitur Regnerus Sixtinus consil. Marpurg. vol. 2. consil. 19. n. 39.*

67. Legitima † enim ex legis prouidentiâ & non iudicio testatoris liberis debetur. *text. in l. cum ratio. ff. de bon. damnat. & in §. primum itaque, Auth. de hered. & falcid. Caphal. consil. 189. n. 8. vol. 2. incip. vnus ex filiis. Gail. 2. obs.*

obſ. 119. n. 2. & obſ. 120 n. 12. & 17. non tantum naturalibus & legitimis, ſed etiam legitimatis, *per ea quæ reſponderunt Roland. à valle, conſil. 95. n. 14. vol. 3. Decian. conſ. 50. n. 35. vol. 2.* etiamſi habeant vnde ſe ſuſtentare poſſint. *Decian conſ. 9. n. 50. vol. 1.* neque ea priuari poſſunt, etiamſi patri fuiſſent inobedientes. *Barbar. conſil. 10. col. 3. vol. 4. per auth hoc amplius C. de fideicommiſſ. Marpurg. vol. 1. conſil. 29. n. 122. & 123* ſed è contrario, ſi pater † bona diſſipet, agere filij poſſunt, vt aliqua ex hiſce pro legitima & alimentis eis ſeparentur, *Bald. in l. 2. n. 3. & Caſtr. n. 6. C. ſi quid infr. patr. Alexand. in l. Imperator 50 n. 13 & Caſtr. n. 5 ff. ad S. C. Trebell. per l. Titia 85. § Imperator, ff. de leg. 2. Auth. vnde etſi parent, C. de inoffic. teſt. text. in l. vbi adhuc, 29. C. de iure dot. c. per veſtras 7 extr. de donat. inter vir. & vxor. confer Weſenb. conſil. 17. n. 26.* quia iure naturali liberis legitima debetur, *Schurff. 1 conſil. 85. n. 1. Sichard. ad l. 4 ſi pater n. 6. & 8. C. de inſtit. ſubſtit. & reſtit.* & † quo ad eam vero creditori æquiparantur. *Gail. d. obſ. 119. n. 2. circa princ. n. 4 ibidem vbi trib. modus ampliat, & obſ. 122. n. 3. & nouiſſime Barto Kellenbentz in tract. de renunt. ſucceſſ. qu. 15. n. 8* adeo vt heres non tantum legitimam ſupplere, ſed etiam fructus eius, à tempore mortis teſtatoris perceptos, præſtare teneatur. *text. in d. auth. nouiſſima C. de inoffic. teſt. gloſſ. in l. fideicommiſſaria ff. ad S C. Trebell. Bald. in l. non eſt, C. fam. erciſc. Alex. conſil. 69. n. 3. vol. 1. Gail. 2. obſ. 120. n. 14.* 68. 69.

Et non duntaxat legitima † non agnita transfertur ad quoscunque heredes etiam extraneos, *quod firmat multis coaceruatis Camill. Borell. conſil. 51. n. 7. Alexand Raudenſ. Piſan. deciſ. 22. n. 58. part. 1. Menoch. conſil. 994. n. 34.* ſed & ius petendi ſupplementum legitimæ, *Gail. 2. obſ. 120. n. 17. in princ. & ob. 131. n. 12. confer Greuen bid. conſil. vnic. n. 17 & ſeq.* Niſi enim ſine agnitione legitima vel eius ſupplementum ad hæredes ipſo iure tranſieret, ſed ex patris voluntate penderet, contineret in ſe grauamen. *Gail. d. obſ. 120. n. 17.* quod legitimæ adijci nequit. *Schurff 2. conſil. 28. n. 8. Gail. d. obſ 119. n. 2. in princ. & 1 0. n. 12.* Sed adiectum reijcitur, *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic. teſtam.* etiamſi conditio ſit poteſtatiua & facilis, vt puta, ſi voluerit, *Gabriel. lib. 6. de legitima, concl. n. 1 & 2. vbi multis auct. id confirmat.* Nam idipſum in tantum procedit, vt licet fideicommiſſum † piæ cauſæ deberetur, tamen legitima ſine onere detrahi poſſit, *vt conſulendo decidit Caſtr. conſil. 416. iſta Domina ſancta, n. 4. vol. 1. per text. in l. ſancimus. § repletionem, C de inoffic. teſt idem tenet Decius conſil. 238. incip. proponitur quod Nobilis n. 4. & conſil. 169. conſultus ab illuſtri, n. 11 Bald in conſil. 65. quæritur vtrum, vol. 3. & in auth, ſi qua mulier n. 2. C. de S S. Eccleſ. Lucas Berlin. inter conſilia variarum vniuerſitatum & IC. torum, conſil. 37. n 7. tom 4 vbi hanc ſententiam plurimis auctoritatibus confirmat.* magis † enim quo ad legitimam: Nam ſalua legitima filiorum magis fauendum 70. 61. 72.

piæ causæ, quam liberis. *Bart. in repet. l. 1. n. 59. cum seqq. C. de sacrosanct. Eccles. Alex cons. 4. n. 10. vol. 7. incip. attentis narratis, referente Gail. d. obs. 119. n. 5.* fauetur liberis, quam Ecclesiæ, *Iason. in l. licet, n. 6. C. de pact.* aut aliæ piæ causæ. *Gabriel. d. conclus. 1. n. 10. vbi allegat præter plurimos alios Bald. in auth. si qua mulier. n. 2. C de S S. Eccles. qui per illum text.* dicit, patrem filijs legitimam auferre non posse etiamsi Deo dare vellet, quia iure naturæ eis, vt dixi,
73. debetur, *confer Gail. d obs. 116. n. 4.* adeo vt etiam consuetudine † vel statuto tolli non possit. *Alex cons. 134 n. 34. vol. 6. Imol. in d l. Titio centum. §. Titio genero n. 11. Gail. 2. obs. 122. n. 6. n. 2. & seq. & 16.* cum iura naturalia sint immutabilia, *l. eas causas ff de cap. minutis. §. sed naturalia, Instit. de iur. nat. gent. &*
74. *ciuil.* Quapropter etiam conditio † si nupserit, sicut quælibet alia à legitima reijcitur, *iuxta d. l. omni modo, & l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam. & ita in specie sentit Bald. cons. 286 n. 4. vol 3. Gabriel d. conclus. 1. n. 17 Mantica lib. 11. de coniect. vlt. volunt. tit. 18. n. 12. Menoch. 4. præsumpt. 146. n. 32. nouissime Petrus Heigius part. 1. quæst. iur. ciuil. & Saxon. qu 31. n. 13. confer S. n. 71. circa medium.*

Ex quibus omnibus consequitur, verba illa *Quando, Cum* vel *Postquam nupserit*, in nostro casu non fuisse à testatore prolata per modum causæ, quasi scilicet testator causam siue conditionem inducere aut imponere voluisset, sed esse verba enunciatiua cuiusdam futuri euentus quem testator sperabat euenire, ac importare duntaxat demonstrationem voluntatis testatoris, quemadmodum facilius nuptiæ contrahi possint, *& ita consuluit Crauetta in consil. 101. n. 2. prout refert & sequitur Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 23. n. 24.* Imo etsi testator noster dixisset se relinquere legatum filiæ pro dote, vel causa dotis, & respectu matrimonij, id tamen in hoc nostro casu pro herede non militaret, cum dicatur magis quædam monitio, vt sc. filia inde se nubat, quam conditio, *argumento l. non multo, §. hanc autem, 1. ff. de tutelis. & l si extraneus in princ. ff. de condit. ob causam Menoch. lib 4 præsumpt. 146 n 32.* ita vt necessum non sit dicere huiusmodi conditionem reijci, quasi ei fuerit grauamen impositum, *iuxta d l quoniam in priorib. C. de inoffic. test.* sed ex coniectura voluntatis legatum potius intelligatur esse purũ, cum hoc grauamen non videatur impositum, *& ita Bart. in d. §. Titio genero. n. 4. qui in hoc communiter approbatur, vt scribit Abbas in consil. 92. numero 1. lib. 2. & ita testatur etiam Socin. iun. consil 134 numero 17. libr. 1 & sequitur Menoch. in consil. 251. numero 33. & sequentibus*

Verum dotis numerationem vsque ad initum matrimonium, vel donec ad perfectam ætatem perueniret distulit. quia recte putauit ante illã
75. ætatem ipsam commode rebus suis superesse non posse, siquidem † fœmi-

mo-

ninum genus etiam cum ad perfectã ętatem peruenerit, cōtra propria cōmoda laborare soleat. *l. si pater in fin C. de sponsalibus. l. Imperialis C. nupt. Menoch Consil. 42. n. 20. vol. 5.* & quo ad consilij fragilitatem, minori æquiparetur. *Innocent in c. cum con ingat. de iure iurand Corn. consil. 124. in princ. vol. 3. Soc. iun. consil. 50 n. 4. vol. 3.* ita vt facile † blanditijs & pollicitationibus seduci possit. *testante Bald. in l. 2. qu. 9. C. de rescind. vend. Iason in l. 1. in princ. ff. de v. obl. & latißime probat Tiraqu. in tract. de leg. connubial. l. 1. n. 71.* natura enim illius generis infirma est, & fragilis. *l. 2. §. verba ff. ad S C. Velleian. l. regula ff de iur. & fact. ignor. l 1. §. accusationem ff. ad S C. Turpill. l. 4. in fin. C. de sponsal. d. l. imperialis. C. de nupt. l. quisquis §. 1. C. ad L. Iul. Maiest. Alciat. in tract. praesumpt. reg. 1. praesumpt. 42. in princip. Paris. consil. 75. n. 30. vol. 2.* 76.

SECVNDO, probatur hoc legatum purum esse; quia pater reliquit filiæ certam quantitatem siue summam pro dote, & iussit eam dote stare & esse contentam pro omni & toto eo quod de bonis ipsius testatoris petere & consequi posset. Nam testator † his verbis videtur velle, quod totam illam quantitatem loco legitimæ reliquerit, *ita responderunt Anchar. in consil. 282. col. vlt. & sequitur Socin. sen. consil. 92. col 8. vers. adducit etiam. lib. 1. & Socin iun. consil. 134. n. 16. & 26. in fin lib. 1. quos secutus Menoch. in consil. 251. n. 39. lib. 3.* ideoque tota illa quantitas debet etiam sequi naturam ipsius legitimæ. *Mantica d. lib. 11. tit. 23. n. 22.* quia in eius locum surrogatur, *text. in l. 3. §. proinde. in fin. ff. de minorib. 25. an fac. text. in l. quisquis. §. ad filias. C. ad l. Iul. maiest. Gail. 2. obs. 22. n 13. confer infra 14. rat. decid. n. 186.* surrogatum † autem sapit naturam sui surrogati, *text. in l. si eum, qui iniuriarum ff si quis cautio. gloss. ibid. in verbo danda. text. in l. duob. §. 1. ff de iure iurand & in c. ecclesia, 1. vt lit. pendent. text. in l. quod debitori, ff. de donat. caus. mort. text in l. item illa, §. 1. ff. de constit. pec. Dec. consil. 54. n. 6. incip. in casu proposito. Gail 2. obs. 120. n. 6. & 148. n. 9.* Ideoque hoc in casu nostro totum legatum dotis intelligitur purum, nullamque conditionem, more legitimæ, admittit, in qua ab ipso principio omnis dilatio & conditio remouetur, *prout s. n. 70. & 74. satis probatum est.* quæ certe in nostro casu eo minus locum habet, eo quod pater titulo institutionis filiæ pro dote reliquerit certam summam, cui stare voluit, *vt respondit Berous consil. 155. n. 44. lib. 2 & Riminald. iun. in consil. 167. n. 14. & seqq. & sequutus hanc coniect. Rot. Rom. coram Illustriss. Domino Cardin. Seraphino, tunc Sacri Palatij Apostolici Auditore in consent leg. die 26. Iunij, 1591. & coram b. mem. Gypsio in eadem causa, die 20. Februarij. 1595. refert & sequitur. Mantica d. lib. 11. tit. 23. n. 22. in fin.* Nam & eo † casu legatum pure factum censetur, etiam statutum 77. 78. 79.

tutum extet, quod extante masculo filia non succedat. *ita egregie admodum respondit Alexand. in consil. 131. lib. 1. quem secuti sunt multi, quos congessit Menoch. cons. 251. n. 40. lib. 3.*

TERTIO, hoc legatum purum esse probatur, quia testator reliquit filiæ dotem titulo institutionis, cum nupserit filia, vt dictum, & eodem
80. titulo interim reliquit etiam alimenta. Nam † hoc sane casu dicitur ita pure legasse dotem, sicuti & alimenta. *& ita respondit Anch. in d. consil. 323 paulo post princ. vers. sed vlterius. & sequitur Menoch. in consil. 251. n. 41. & 52. & hanc coniecturam sequitur Ro. Rom. 26. Iunij 1591.* quod enim dispositum in alimentis, trahitur & extenditur ad causam dotis, *vt dicit Bart. in l. cum de in rem verso. in princ. ff. de vsuris, & in l si certis annis. C. de pact. Eberhard. loco 79. ar. leg. ad extens. n. 50.* ratio est, quia dos † & alimenta æquiparantur, *vt vult gloss. in*
81. *l. ob æs. C de prædijs minorum, quam ad hoc notat Salicet. in l. qui liberos ff. de rit. nupt. & Alexand. de Imol. in l. cum is §. si mulier. ff de condict. indeb. & idem Alexand. in d. l. ob æs. in apostillis ad Bart.* Imo, maior est ratio dotis, quam alimentorum *vt dicit Cyn. in l. 1. C. de alend. liberis, & in l. non omni, C. de administrat tutor. & idem Cyn. in l. fin. C. de dot. promiss. & Panormit. in c. peruenit. in 2. notab. de arbitris. & Cyn. Bald. & Salicet. in l. neque mater. C. de iure dot. & plurib. alijs locis. Eberhard. loco 70. ab alimentis ad dotem, n. 1.*

Vnde sicut pater etiam is, quem mulier duntaxat patrem filij nominat. *arg. l. 5. §. 2. & 8. de agnosc. lib. Bart. tr. de aliment. n. 17. Tessaur. decis. 3. n. 7.* tenetur hodie de iure relinquere filio suo spurio vel filiæ spuriæ alimenta, *vt est text. sing. mitigans rigorem iuris ciuilis, in c. cum haberet de eo qui duxit in matrimonium quam polluit per adulterium. Gail. 2. obs. 88. n. 4. 7. & 12. vbi in Ca-*
Tum ex accurata & diligenti tot solennium obseruatione eo vehementius colligitur, nempe quod voluit omni meliore modo hanc voluntatam suam validam esse, *per ea quæ tradit Menoch. 4 præsumpt. 2. n. 18.* quæ sane ratione magnæ inæqualitatis valida non esset, *prout sup. 15. decid. ratione demonstratum fuit.* si defunctæ sorori pariter non succederent. Et hac quidem ratione demonstratur, verisimile † non esse testatorem frustra testa-
177. ri, *l. quoties, 2. ff. de reb. dub. l. si quando, ff. de leg. 1. Socin. iun consil. 71. n. 16. l. b. 1.* aut actum inutilem facere voluisse, *l. apud Iulianum, §. si Titius vers. si fundus, & l. cum seruus. cum ibi not. per Bartol. ff. de leg. 1. l. qui concubinam, §. qui hortos, l. patronis, §. codicillis. ff. de leg. 3. Paris. cons. 72. n. 93. vol. 2 Bertrand. consil. 264 in princ. vol. 7. Crauet. consil. 161. n. 4.*

178. Tum denique ex ipsa dispositionis præfatione: Nam procemium † siue præfatio dispositionis testatoris, coniecturam facit voluntatis testatoris. *text. in l. vlt. ff. de hered. instit. vbi gloss. & Bart. idem confirmat Barb. in consil. 4. col. 5. lib. 4. Purpu. in l. cum quid. n. 110. ff. si cert. pet. Rubo. in consil. 147. n. 17.*

Zuchar in l. vlt. n. 320. C. de edict. diui Adrian. toll. quia procemium & præfatio † ostendit causam finalem, qua motus est conficiens actum, disponens- 179.
que, ad ita agendum, *d. l. vlt ff. de hered. instit. & scripserunt permulti congesti à Tiraquello in tract quod cessante causa cesset effectus, limit. 1 n. 5. & illis accedat Portius Imolen. in consil. 125. n. 10. Roland. in consil. 47. n. 43. lib 1.* Extenditur hæc præsumptio, vt locum habeat, etiam quando dispositio sui natura stricte interpretatur. Nam tum ob rationem in præfatione expressam large interpretari debet. *ita Socin sen. in consil. 91. col. 1. lib. 1. Decius in consil. 10. n. 2 ver. 2. quia. Gozadin. in consil. 1. n. 16. & Crauet. in consil. 192. n. 21.* Ratio siquidem adiecta in testamento declarat animum & voluntatem testatoris, *quod probat, & notatu dignum censet Eberhard. loco 26. à lege ad Testatorem, n. 4. in fin.* Hinc est quod regulariter dicimus legatum ampliari, extendi, & declarari per rationem & causam quibus testator motus fuit ad faciendum legatum, ita vt in ijs ratio & causa potius, quam verba expressa attendi debeant, *Gail. 2. obs. 135. n. 6. in fin. confer supra n. 146.* Rationem vero dispositionis in præfatione testamenti nostri positam, esse, vt inuidiæ lites, & diffidia inter liberos cauerentur, pax autem & concordia inter illos ex omni parte conseruaretur, supra *n. 142. in fine* demonstratum fuit, quæ sane ex cõtraria interpretatione, ratione magnæ inæqualitatis, conseruari inter liberos minimè posset. *sicuti iam ante n. 125. pluribus euictum est.*

DECIMAM TERTIAM decidendi causam constituo, videlicet quod nisi eò foret dispositio testatoris extendenda vt hoc in casu nostro fratres & sorores pariter succederent, verba illa, scilicet *Quod trigesimo anno legatum, etiam non inito matrimonio, prædefuncta soror, si hum. aritus ei nihil cont gisset, recipere debuisset*, prolata essent sine effectu operandi, nihilque disponerent. At nullum † verbum, imo nullam syllabam in contractum otiose posi- 180.
tam esse oportet, neque absque singulari mysterio, ac virtute operandi, vt non videantur inania & superflua. *text. in l. si quando 109 in princ. de leg. 1. & l. si quando. 35. C. de inoffic. testam. Bald. in rubr. C. de contrahend. nupt. quæst. 9. late Iason in l. fin. in princ. n. 5. ff. si cert. pet. Alex. consil. 11. n. 14. vol. 2. Dec. consil. 414. n. 2. & 6. Ioh. Neuizan. consil. 69. n. 29. post plures per eum citatos Roman. cõsil. 251. vers. 4. Boer. decis. 23. n. 24. Zas. consil 13. n. 40. & seq. lib. 2. Rol. à valle cons. 67. n. 24. vol. 1. & consil. 61. n. 47. vol. 2. & consil 61. n. 4. vol. 3. Paris. consil. 66. n. 9. vol. 2. Menoch cons. 373. n 8. Crauet. cons 84. n. 12.* Imo impropriandа potius verba, quam vt superfluitas, quæ omnino vitanda est, *per iura superius allegata, & est gloss. sing. in l 1 ff. quod metus causa, & text. in l. 3. in princ. ff. de iure iurando, & in l. 1. in fin. ff. ad municip. de incol.* inducatur. *Aymon Crauet. in respon pro genero. n. 312. Iohan. Petr. Surd. cons. 32. n 6.* Ergo nec in vltima voluntate verbum vllum otiosum esse debet, quia argumentum † à Contra-

L ctibus

ctibus ad vltimas voluntates, in iure validum, frequens & vtile est, *text. est notab. in l. fin. & ibi id notat Salic. C. de legatis, & Institutio. de l. Fusia Cani. tollenda: ac isto argumento vtitur Ludouicus de Roma in aurea sua repetit. Authent. similiter. C. ad legem Falcid. in 12. speciali pia causa circa vlt. volunt at. & Ioannes Andrea in regula quod semel. de R. I. in 6. Bartholaus in leg. 1. §. si quis ista. ff. de V. oblig.*

Prædictis autem verbis, *videlicet. quod defuncta filia, etiam viro non nupta, trigesimo ætatis anno integrum legatum simpliciter accipere debuisset*, præsumitur respexisse fauorem agnationis, quæ præsumptio fundata est in eo, quod quilibet præsumatur appetere honorem & incrementum dignitatis suæ agnationis, *prout supra 11. decid. rat pluribus deductum fuit.*

Ad hanc decidendi rationem accedit vulgaris illa Theorica, nempe quod testator, si filiam in eum casum, quo non nuberet viro aut trigesimum annum non attingeret, legatum perdere & hęredi obuenire voluisse, vtique id aperte & diserte expressisset. At in toto testamento, neque vel per expressum vel obliquum id expressit. Ideoque nec voluisse existimandus est, *argumento l. de precio. ff. de publi. in rem act. Bald. in l. vnic. §. sin autem ad deficientis. circa princ. August. Beroius consil. 84. n. 52. vol. 2. late Simonde pratis, de interpretat. vltimar. volunt. lib. 2. interp. 3. disputat. 1. n. 126. & seqq pag. 256. Ernest. Coth. Resp. 65. n. 141.*

DECIMA QVARTA decidendi causa ex eo resultat, nimirum quod si hoc legatum dotis esset conditionale, non posset dici filia dotata, quia

182. actus † Conditionalis non est actus, *iuxta l. si quis sub conditione. ff. si quis omiss. causs. testam.* eo quod nihil ponat inesse. *Gail. 2. obs. 32. n. 3.* donec ei fuerit satisfactum, *l. si quis. sub condit. dand. decem. ff si quis omiss. causs. testam. Menoch. 4. præsumpt. 175. n. 11. in fin.* Hinc debitor conditionalis proprie debitor non est, sicut nec creditor conditionalis proprie creditor dicitur, *Gail. 2. obs. 29. n. 7. & obs. 74 n. 5. & obs. 137. n. 7.* & contractus sub conditione celebratus dicitur resolutus ipsa conditione non eueniente, *l. necessario, §. 1. ff de peric. & commod. rei vend. & l. pecunam quam. vbi Alex n. 4. ff. si cert pet.* Itaque cum

183. conditio † sit futurus euentus in quem dispositio suspenditur, *provt definitur à Bart. in l. 1. n. 1. de condit & demonstr. & à D D. communi calculo receptam esse testatur & probat. Alciat. in l. Stichum, n 8.* esse posset quod non eueniret, atque

184. ita filia careret dote, quod dici non debet. Dos † enim est debitum necessarium patris à lege introductum, *l. qui lib. ff. de ritu nupt. l. fin. C. de dot pro, miss. cum similib. Bart. & D D. in l. si cum dotem, §. si pater. ff. solut. matrim. Campeg. de dote in 1. parte. quæst. 13. latissime Lup. in repetit. rubr. de donat. inter vir. & vxor. §. 22. Boer. decis. 140. n. 4. & seq. Neuizan. consil. 45. n. 34. quos sequitur Cacheran. decis. 267. n. 6.*

Est

Est & ratio, quia cum actus donationis requiratur ante exclusionem, is fieri non potest nisi à patre, qui dum dotem ipsam constituit, dicitur eam loco legitimæ dare, *vt in specie respondit Paris. in consil. 53. n. 76. in fin. lib. 3.* Quemadmodum autem pater † non potest liberis in legitima præiudicare, *d. l. omnimodo, d. l. quoniam in prioribus, §. cæterum, auth. vt cum, de appellat cognosc. Castrens. in l. prioribus, col. fin. in princ. C. de impub. & alijs substit.* sed eam immunem ab omni grauamine & pure relinquere debet, *vt per allegatas ll. tradunt DD. in c. Raynutius, extra de testam. & in l. cohæredi, §. cum filia, ff. de vulg. & pupill. substit. Bald. in l. filium quem habentem, col. 10. vers. sed vlterius quæritur, in fin. C. fam. ercisc. Roman consil. 185. in princ. & consil. 239. Angel. consil. 131.* ita pariter & dos † pure relicta præsumitur. *quam sententiam probarunt Brunus in tract. quod stantibus masculis, artic. 11 & quæst. 3. Couaru. in c. nos quidem. col. pen. vers. decimo ex præmiss. de testam. idem respondit & egregie declarat Corneus in consil. 40. numer. 12. vers. his tamen non obstantibus. lib. 3. vbi refert alios plures pro hac sententia. Sic & Socin. sen. in consil. 75. num. 10. vers. vnde statutum, & numer. 11. lib. 3.* Non solum pro parte legitimæ, verum etiam pro ea quantitate, quæ excedit legitimam, *argumento l. si extraneus. in fin. de cond. & demonstr. Bartholus. in d. §. Titio genero, n. 4. vers. & intelligitur hoc, quem secuti sunt. Socin. sen. consil. 92. numero 8. lib. 1. Ruin. consil. 53. numer. 12. libro. 2. Paris. consil. 25. n. 58. lib. 2. Socin. iun. in consil. 134. num. 19. lib. 1. & hac opinio videtur communis, vt scribit Couarru. in c. nos quidem. numer. 11. vers. 8. de testament. quos refert & sequitur Menoch. lib. 4. præsumpt. 146. num. 33. & nouissime Petr. Heigius in quæstionibus iuris ciu. l. & Saxon. quæst. 31. num 14.* siquidem vnum & idem legatum † sicuti etiam quælibet res alia, *l. 1 vers. nec ratio patitur. ff. de rerum permut. c. cum tua, de decimis. clem. 1 de elect. c. cognouimus, 12. quæst. 2. Natta consil. 286. num. 2.* diuerso iure, ita vt pro parte purum, pro parte vero sit conditionale, censeri non potest, *argument. l. iam hoc iure, ff. de vulg. & pupill. substit. & l. eum qui ades ff. de vsucap. & hac ratione vsus est Barthol. all. loco, testante Menoch. d. præsumpt. 146 num. 34. & Mantica lib. 11. tit. 23. num. 13. vbi plurimos diss. allegat.* cum alias de connexis † siue coniunctis vnum sit iudicium, & quod de vno dispositum censetur, etiam dispositum censeatur de altero, *l. proinde si seruum, ff. ad l. Aquil. l. Lucius, §. Paulus respondit. ff. de administr. tut. leg. quid ergo, §. pen. versic. connexum. ff. de contr. tut. & vtil. act. ad quod infinita accumulat Iason. in l. sed si plures, §. filio, numero 3. ff. de vulg. & pupill. substit Marsil. in l. 1. §. Diuus, numero 3 ff. de quæstion. & nouissime Flauius Pacian. lib. 1. de probat. c. 26. numero 15.* eo quod habeantur pro vno, *c. cum singula, in princip. de præbend. in 6. c. dudum, de elect. in 6 leg. prætor, §. vnde quæritur, ff de damno infect.* & sint indiuidua

185. 186. 187. 188.

Angel conf. 326. dub 4. Crauet. conf. 102. n. 1. vol. 1. Menoch. de arbitrar. iud. quaest. lib. 2. cas. 95. n. 5 & 9.

Pro hac sententia & illud facit, quod idem † Iuris dicatur statuendum
189. esse in parte quo ad partem, quod in toto quo ad totum, *l. quae de tota in princ. & ibid. id notat gloss. at Bart. ff. de rei vindic. l. iuris gentium, § adeo, & ibi Iason atque D D. ff. eod tit. l. si cui in pr. vers. perinde. & ibi Bald. ff. de leg 1. Eberhard. post plura alia allegata in loco legali à tot. ad part. n. 2. & late probat Gail. 2. obs 120. n. 8.* pars enim dicitur sequi naturã sui totius, *l. malum. ff. de V. S. d. l. quae de tota, cum simil. b. ff. de rei vindic. Sebast. Medic. tract. de statutis, parte 4. quaest. 28. n. 5. ante vers. hinc est quod dispositio.* Atqui tota legitima est pure legata. Ergo & id quod est supra legitimam. *confer. supra secundam & tertiam decid. rat.*

Pro DECIMA QVINTA decidendi ratione, facit magnopere, quod si contraria opinio admitteretur, testamentum ratione magnae inaequalitatis inter liberos exstiturae, diceretur ipso iure nullum. Etsi enim sint doctores haud pauci in ea sententia, quod testamentum inter liberos valeat etiamsi sint ex inaequalibus partibus instituti; sunt tamen si non plures, at certe non pauciores, neque autoritatis minoris, qui diserte contrarium asserunt, nimirum eiusmodi testamentum† inter liberos factum non va-
190. lere; *Roman. consil 179. n. 16. col. pen & consil. 38. n. 5. Spec. de instrum. edit. § compendiose, vers. quid pater habens tres filios. Dec. consil. 63. Barb consil. 32. n. 6. vol. 1. Hieron. Grat. consil 166 n. 46. vol. 2. Socin. iun. consil 121 n. 10. & 19 vol 2 Rubeus consil. 6 Crot. consil. 121. n. 22. & hanc opinionem communem esse testatur Mandosa in addit. ad Rom. consil 385.* eamque nos sequi debere in iudicando, cum sit valde aequa & in ratione naturali fundata, *respondit Socin. iun. consil. 147 n. 32. vol 2 idemque ante Socin respondit Dec. consil. 105.* vbi dicit quod opinio Romani videatur multum aequa & naturalis, vt seruetur ea quae inter liberos esse debet, aequalitas, *idem respondit Crauet. consil. 143. n. 16. auctoritate Corn. in consil. 180. col. 1. in fin. lib. 1. referente Menoch. 4. praesumpt. 10. in fin* Et sane haec sententia aequitati natura, ei iuri communi, votoque paterno est maxime cõsentanea. Natura enim liberos fecit aequales, & ius commune pariter illos succedere vo-
191. luit, *d. l. maximum vitium,* vnde etiam spes naturalis † & ratio ciuilis ac votum paternum liberos aequaliter ad successionem vocare consueuit, *per l. cum ratio in princ. ff. de bon. damnat. l. nec ei, §. praeterea, ff. de adopt. l. nam etsi parentibus, in princ ff de inoffic. testam. l. scripto, 6. in fin. ff. vnde lib. Bald. consil. 40. n. 1. 2. & 5. vol. 3. confer supra, n. 137.*

192. Quod si igitur ea opinio † omnium varietate stante amplectẽda est, quae magis aequitati conuenit, & à rigore discedit. *per l. ea quae, §. 1. & in l. omnib. quidem, vbi late Dec. ff. de R. I. l. AEmilius, ff. de minor. l. placuit, vbi Iason post alios ff. de iudic. l. ex his. in fin. quae in fraud. credit. l. fin. §. in computatione, vbi gloss. & D D.*

C. dei

C. de iure debit. *Cast in l.1. si quis caut. Bald. consil. 192. col fin. vol. 2. Dec. consil. 162. n. 1. Crau. consil. 14. n. 8, & cons. 23. n. 9. Corat. lib. 1. de commun. opin. tit. 6. n. 8. Mynf. cent. 2. obs 10. n. 12 & infra n. 239.* præsertim si talis opinio in ratione naturali fundata sit. *Socin. in l. qui agnitis. col. 3. ff. de except. Iason. in l. filio pater. notab. 2 ff. de leg. 1. & in l. si seruum, §. sequitur, col. 1. ff de verb. oblig.* hæc certe opinio eo magis amplectenda fuerit, quod cum æquitate & ratione naturali, votoque paterno, tam pulchre ius ciuile conueniat. *prout ex huc vsque dictis luce meridiana clarius elucet.*

Sunt tamen non nulli qui distinguũt, vt nimirum testamentum † inter liberos valeat etiam institutione facta in æquali, si inæqualitas sit modica, non vero valeat, si magna sit. *Ita distinguit Curt. iun. in d §. ex imperfecto. quam distinctionem sequuntur Molin. in addit. ad Alexand. consil. 168. vol. 5. Didac. Couar. in c. Raynutius, §. 1. n. 3. ext. de testam. Clar. in §. testamentum, quæst. 14. n. 8.* quæ distinctio, vtpote & ipsa æquitati naturali consentanea, & voluntatem paternam custodiens, cum sequenda sit, nemo quidem negabit, quin ob tam insignem inæqualitatem, quæ ex contraria interpretatione sequeretur, *confer quæ in seq. argumento ab absurdo sumpto, dicuntur,* hoc etiam testamentum omnino nullum pronunciandum sit; qua de causa, nullum † illud quoque poterit sortiri effectum, *arg. l. si pater. C. ne de statu defunct. Bald. in l. 4. n. 5. C. quem. & quand. iud sent. profer deb. & in c. vnic. in princ. n. 23. de prohibit. feud ai. per Frider.* sicuti enim non subsistente causa, effectus inde sequi ac consistere nequit, *l. generaliter, 40. vbi gloss. ad verb. derelictis, C. de Ep. s. & cler. c. cum cessante, 60. in princ. extr. de appellat.* sic etiam nisi subsit & valeat dispositio, nulla inde nascitur obligatio, *per l. 1. C. de condit. ob caus. l. 1. in princ. ff. ad SC. Maced. Tiraquell. in tract. cessante causa. in princ. part. 1. n. 22.* cum nullum † esse oporteat, quicquid consequitur ex eo, quod nullum, *l. 5. C. de legib. l. 1. ff de dot. l. non putauit, 8. §. non quauis, 2. ff. de bon. poss. cont. tab. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. nam etsi 5. ff de iniust. rupt. testam. l. si expressim. 19 ff. de appellat. §. si aduersus, Inst. de nupt. c. non præstat. 52. & c. qui contra. 82. de R. I. in 6. Socin. cons. 115. n. 11. & 15. vol. 4.* Nam quod corruptum est in radice, corruptum etiam est in consequentia, *vt duit Bald. in l. qui rem, 20 ad fin. C. de locat.* Imo quod nullum † est, id de iure perinde habetur, ac si omnino factum non esset, *l. quoties, ff. qui satisd. cogant. d. l. non putauit, §. non quauis ff de bon. possess. contra tab. d. l. 4. §. condemnatum, ff. de re iudic. l. 1. §. autem ff. quod quisque iur. in alium statuit. Felin. in c. illud. n. 5. de præscript. Tib. Dec. respon. 10 n. 34. vol. 1. Thoning. decis 20. n. 14 Mynf. cent. 2. decad. 13. resp. 2. n. 151.* & Actus nomen non meretur, *l. Paulus. de V. S. l. 2. §. 1. quemadm. testam. aper. D D. in l. 4. §. condemnatum, de re iudic. & copiose Tiraquell. in tract. de retractu. consang. §. 1. gloss. 2. n. 5. 6 & 7. Menoch 4. præsumpt. 10. n. 21.* nec tractu temporis reconualescere illud potest, etiamsi cesset causa, pro-

193.
194.
195.
196.

propter quam ab initio actus fuit nullus, *l. vnic. C. de lat. liber tollend. l. qua ab initio, & ibi Dec. num. 7. ff. de R. I. l. nulla, C. de acquir. possess. Dyn. in c. non firmatur. de R. I. in 6. Paul. de Castro, consil. 381. num. 4. in fin. vol. 1. Tib. Dec. respon. 8. n. 207. vol. 1. Cacher. decis. Pedemont. 130 n. 1.*

Cum autem in dubio præsumatur is, qui actum fecit, omni meliori
197. & efficaciori modo facere voluisse, *Bald. in c. 1. de contr. int. mascul. & femi. arg. l. Dominus, ff de contrah. nupt. Alexand. in l. si seruus, §. si numerus, col. 2. in fin. ff. de leg. 1. Crauet. consil. 318. n. 4. & post eum Menoch 6 præsumpt. 5 num. 1.* Et omnis actus † ita accipi debeat, ne elusorius & superfluus reddatur, sed vt quid operetur, *l. si prætor, ff. de iudic. l. fin ff. ne quid in loco publ. l. 1. §. exceptione. ff quar. rer. act. l. cum alijs in fine C. de curat. fur. l. fin. §. non autem. C. de bon qua lib. c. commissa. de elect. in 6. Ceph. consil. 369. numero, 64. libro. 3. Crauet. consil. 118. numero 24. Zas. consil. 12 numero 23. lib. 2.* & valeat potius quam pereat, *l. quoties in actionibus, de reb. dub. l. quoties in stipulationibus, vbi Iason, Zas. Alciat. & alij DD. ff. de V. oblig. Bart. Alexand. Iason, Zas. & alij D.D. in l si tibi pecuniam, ff. si cert. pet. Menoch consil. 37. num. 120. & seq. Ceph. consil. 441. num. 32. lib. 3. Crauet. consil. 52. per tot. Gail. 2. obs 143. num. 4.* etiamsi verba impropriari deberent, *ita existimarunt Ang. in l. si tam angusti. ff. de seruit. & in l. si cum ante C. de donat. ante, nupt. Menoch. 4. præsumpt. 10. n. 10. & latius 6 præsump. 4. n. 34. Mantica de coniect. vlt. voluntat. lib. 3. tit. 2. n. 10. Vigel lib. 4. M. I. controuers. cap. 9. reg. 128.* & interpretatio contra eum fieri, qui legem apertius dicere potuit, *iuxta l. veterib. ff. de pact.* Nam & tunc vt actus valeat sumitur contraria interpretatio, *ita censuit gloss. in d. l. veterib. quam ibi cæteri sunt secuti, & Iason in d. l. stipulatio, in princ. col. 1. vers. confirmatur. de verb. oblig. Menoch. d. præsumpt. 4. numer. 36.* Actus † enim nullus, effectum etiam
198. nullum parit, *l. si autem nullum, C. de legit. hered. l. fin. C. de sentent. ex breuic. recitand. confer supra numero. 195.* Qualis enim causa tale causatum; Et in causato plus esse nequit, quam in causa, *text. in c. cum dilect. prad. confus. vtili vel in vt.* cuius ratio est, quia causa regulat causatum, ideoque illa potentius esse nequit, vbi ergo causa non erit efficax, ibi quoque nec ipsum causatum efficax esse potest, *l. cum quis descendes, n ff. de leg 3 gloss. in l. ob turpem. ff. de condit. ob turpem causam, in verbo, proxima causa.* vnde illa præsumptio, † qua actus sustinetur est cæteris præstantior, *Menoch. 4. præsumpt. 10. n. 5.* at-
199. que eisdem tamquam regina præfertur, *Dec. in c. quoniam Abbas. n. 16. de offic. delegat. & in l. in contrahenda. n. 13. ff. de R. I. & in l. si donatione, n. 12. C. de collat. Alciat. in tract. de præsumpt. Reg. 3. præsumpt. 34. Cephal. consil. 223. n. 5. & cons. 235. n. 4.* Imo adeo pro validitate actus præsumitur, & interpretatio fieri debet vt ea etiam præsumptio capienda, & interpretatio facienda, qua actus etiam validus perfectior, & validior, & melior redditur, *l. 1. §. si te roga-*

uero

uero, & §. seq. ff. depos. l. si te solum, §. 1. ff. de hered. instit. Galiaul. in rubr. ff. de verb. obligat. numero 60. & in leg. 1. §. si quis ita, col. 7. versic. circa oppositionem, Bartholous: ff. eodem. Crauet. consilio. 435. numer. 13. Cephal. consil. 342. numero 18.

In specie vero de testatore certum sit, quod non præsumatur † eum frustra testari, *per l. quoties. 12 ff. de reb. dub. d. l. si quando, ff. de leg 1. Socin. consil. 71. num. 16. lib. 1.* aut inutilem dispositionem facere, *l. Titia cum testamento, §. 1. & l. Mauius. in princ. & ibi Bald. de leg. 2. Alex. & Iason, in l. si creditores, n. 1. de leg. 1* siue genus testandi eligere voluisse, quo iudicium suum impugnetur. *l. 3. ff. de milit. testam. quam l. ad hoc adducit Benedict. de Plumbi. in repetit. l. fratris, num. 23. C de iure delib. & omnium ore versari testatur Mantica, de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 15. num. 2.* Neque etiam contra legum præcepta differere. *Paris. consil. 92. num. 24. & 25. vol 2. & in consil. 74. num. 79. vol. 3.* aut aliquid odiosum, *l. Lucius Titius, §. Lucius, ff. de leg. 2. l. 3. in fin. cum l. seq ff. de aliment. legat. Crauet. consil. 25. n. 5.* siue etiam in re seria, cuiusmodi testamentum est, *arg. l. 3. ff. de milit. testam. l. 1. & ibi DD. C. de SS. Eccles.* ludere voluisse præsumatur, *per text. in l. quoties, de V. oblig. Tib. Dec. resp. 5. num. 62. vol. 1. & resp. 40. num. 20. vol. 2. Christoph. Herdes. consil. 35. num. 173. vol. 1. var. I. Ctor. per d. l si quando, de leg. 1. & l. quoties, ff. de reb. dub.* sed actum † valdum potius, quam frustratorium facere voluisse, *per alleg. ll. & text. in l. in testamentis, vbi gloss. Barthol. Dec. ff. de R. I. idem Dec. ad c. quoniam, ext. de offic. delegat. Zas. consil. 18. num. 39. vol. 2. Felin. in c. si cautio, num. 39. extr. de fide instrum. Iason ad l. cum quidam, num. 9. ff. de lib. & posth. Christoph. Heredes. consil. 35. num. 173. vol. 1. consilior. var. I. Ctorum,* illamque viam elegisse, per quam dispositio eius subsisteret potius, quam euerteretur, *per d. l. Mauius, ff. de leg. 2. & simili. Marpurg. vol. 2. consil. 29. n. 8.* 200. 201.

Vtique illam, per quam dispositio testatoris redditur inutilis, interpretationem non recipiemus, *Bart. in l. cum Senatus. num. 3. de reb. dub. quod similiter innuunt ibid Paulus Castr. idemque sensit Paul. in l. ex imperfecto, in fin. C. de testam. & sequitur Ruin. in cons. 72. num. 4. vol. 2.* sed hunc testandi actum † ita interpretabimur vt potius valeat quã euertatur, *text. est in leg. cancellauerat. in fin. ff. de his quæ in testament. delentur, & in l. si quis, heredem, in fin. C. de instit. & substit. & in l. errore, C. de testam. & similib. vers. supra num. 197.* & non cõtra, sed pro testamento non solum præsumamus, sed & iudicemus *per allegatas ll. & tradit Iason, cons. 8. col. 4. in princ. & cons. 13. ad fin. vol. 3. & cons. 112. n. 1. vol. 4. Curt. iun cons. 336. n. 15. & 16. vol. 3. Socin. iun. cons 179. num. 15. vol. 1 Cepha cons. 408 num. 64 lib. 3. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 40. num. 2. & late Christoph. Heredes. in d. cons. 35. n. 173. 174. 175. 176. vol. 1. Wesenb. d. cons 85. n. 2. &* 202.

2. & consil. 88. n. 12. d. vol. 2. Tiber. Decian. resp. 35 n. 1. vol. 1. Menoch. consil. 544. n. 4. per l. si pars ff. de inoffic. testam. ibid gloss. & Bart. idem Menoch. lib. 4 praesumpt. 10. n. 11. Zas. consil. 12 n. 33. vol. 1. vor. ICtorum. Nevizan lib. 6 sylv. nupt. n. 18. & seq. Ripa in tract. de peste, sub tit. de priuileg. vlt. volunt. n. 3. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 15. n. 1 & 6. vbi multis id confirmat autoritatibus optima enim illa ratio est, quae pro conseruanda vltima voluntate, & tuendo testamento assumitur, l. multis. 28. C. de Epis. & Cler. l. si pars, 10. ff. de inoffic. testam. Matth. Wesenbec. cons. 85. n. 47. vol. 2. Et receditur † à propria verborum significa-
203. tone, ne fidei commissum reddatur inutile, l. cogi, circa princ. in vers. sed & si quis, ad Trebell. & ibi hoc apertissime collegit Bart. in 1. & 2. notab. idem probatur in l. ex facto, §. vlt. & ibi notat Alex. n. 2. eod. tit & in l. Scaeuola eod. Etenim si in contractibus verba improprie accipiuntur, vt conuentio valeat, l. insulam, de praescript. verb. l. si tibi pecuniam, & ibi notat Iason, n. 2. ff. si cert. pet. l. vnic. C. vt act. ab hered. & cont. hered. longe magis in vltimis voluntatibus sunt improprie accipienda, vt valeant dispositiones testatorum, quibus maximus fauor solet exhiberi. D D. comm. in l. testamentis, de R. I. c. cum dilecti, de donat. l. 1. C. de Ss. Eccles. Roman. in consil. 31 ad fin. Corn. in consil. 273 n. 6. vol. 4. Ruin Consil. 95. n. 7. in. fin. lib. 2. Cephal. consil. 334, n. 82 vol. 2. Paulus à Monte in l. Titia, §. cum nuberet. n. 104. de leg. 2. Couar. in c. Raynaldus. §. 1. n. 5. vers. quamobrem, de testam. Cum ipsius Reipublicae † intersit, vt dicit Signorol. consil. 210. quod testamenta con-
204. seruentur, l. vel negare, ff. testam. quemadm. aper. gloss. in l. Gallus, §. quid si is, in verb. vtilitatem, & ibi Bald. n. 3. ff. de lib. & posthum. quae est melior de iure, secundum Ias. in auth. si qua mulier. C. de S S. Eccles. Dec. consil. 499. n. 3. Tiber. Decian resp. 70. n. 1. vol. 3. & communem dicit Anton Gomez. lib. 2. var. resolut. 4. n. 6. vers. quinto facit. Interest etiam hominis, simulque & testantis & heredis honos est, vt quis decedat potius cum testamento, quam sine eo, l. Iulianus, ff. de acquir. hered. l. & quia, ff. de interrogat. act. §. 1. Instit. qui manumit. non poss. in prin. Inst. ad L. Falcid. Ex quibus consequitur, recipiendam non esse pernitiosam illam subtilitatem, per quam testamenta subuertantur, vt idem voluit Signorol. consil. 159. per l. fin. C. de instit. & substit. l. quidam, C. de necessar. hered. instit. l. quaestio. C. de legat. Zas. consil. 12. n. 31. vol. 1. var. ICtorum, Et hinc est vt, cum pro † te-
205. stamento, & ad eius fauorem praesumptiones existunt, onus probandi in contradictorem transferatur, l. generaliter, §. si pretium, in fin. ff. de fideicomm. libert. Dec. consil. 400. col. 3. vers. & ratio manifesta. & consil. 597. n. 4. etiamsi deberet probare negatiuam. Dec. in c. nouit. de re iudic. eoque casu contra eum pro quo lex praesumitur, arctior perfectiorque probatio requiritur, Alex & Iason. in l. si extraneus ff. de condict. causa dat. caus. non secut. Dec. consil. 175. col. 5. n. 5. & consil. 177. col. 2. in princ. & consil. 438. in princ. ideoque vbi probationes in reprobando testamento sunt dubiae, stari testamento testamenti fauore

uore vltimæ voluntatis respondit, *Syluan. consil. 54. n. 7. in fine, quem refert & sequitur Burs. cons. 311. n. 47. lib. 3.* & difficilius testamenta, quã cætera instrumenta reprobari, responderunt. *Curt Sen. cons 35. n. 25. eumque secutus Bursat. d. consil. 311. n. 36.* statutum etiam de non rumpendo testamento fauorabile dici, notat Bald. *in consil. 433. incip. Domina Ioanna, lib. 4. quem refert & sequitur Dec. in d l. in testamentis n. 2. de R. I.*

Hæc vero omnia cum in genere de omnibus testatorum dispositionibus intelligantur, eò verius de dispositione paterna inter liberos facta procedere debent. In illa siquidem plurima † contra Iuris communis Regulas recepta sunt, eiusque tantus fauor est, vt non solum libera, nullique regulæ obnoxia dicatur, *Vasqu. de success. creat. lib. 2. §. 2. n. 44.* sed etiam maioribus gaudeat priuilegijs, quam testamentum militare, *vt docent Castrenses & Iason in l. hac consultissima, §. ex imperfecto, C. de testam. idem Iason in auth. nouissima, n. 17. C. de inoffic. testam. Vasqu. de success. curat. lib. 3. §. 21. n. 59. Tiraquell. de priuileg. pia causa. priuileg 3. in fin.* Et dispositioni in piam causam & Dei honorem factæ comparetur, *vt apparet ex ijs quæ late tradit Tiraquell d. tract. priuileg. 2. 3. & passim. idemque respondit Wesenbec. consil. 90 n. 17.* Imo vsque adeo in huiusmodi paterna dispositione omnes iuris ciuilis solennitates remissæ sunt, vt ad terminos iuris naturalis & gentium redacta dicatur, *ita tradunt gloss. DD. & Bald. in d. l. hoc consultissima, §. ex imperfecto, n. 2. C. de testam. & ibid. Iason. n. 6. & Natta n. 151. Tiraquell. in d. tract. priuileg. 21. in fin. vasq. de success. resolut. lib. 1. §. n. 35. & seq. Natta consil. 403. vol. 3 Gail. 2. obs. 112. n. 2. & 6.* atque sufficiat † qualiscunque, testatio vt de voluntate paterna constet quoquo modo, *per text. in l. fin. C. famil. ercisc. & in l. diuus ff de test am. milit. Vasquius d. lib. 3. §. 24. n. 21. & de success. resolut. lib. 1. §. 1. n. 36. & 37. Iul. Cler. in §. testamentum. quæst 8. in princ. Menoch. consil. 52. n. 2. lib. Tiber. Decian consil. 46. n. 157. vol. 2. Wesenbec. d. consil. 90. n. 20. in fin. confer supra n. 16.* 206. 207.

Hinc est, vt clausula Codicillaris non expressa, censeatur taciti inesse testamento inter liberos, *gl in l. coheredi, §. cum filia verb. non valuit. ff de vulg & pupill. substit. & in l filij. verb. testato C famil. ercisc. Bald. in l. iure. C. de testam. manumiss. Alex. & Iason. in d. §. ex imperfecto, Idem Iason in l fin C de codocill. Bu & Imol in c. Raynutius, de testam. & ibid. Guliel. Benedict. n 82. Alexand consil. 65 n 6. vol. 7. Grat consil. 112. n. 28. vol. 2. Socin. iun. consil 144 n. 36 vol. 2. Vasq de success. creat. §. 21. n. 65. & de success progres. §. 30. n. 43 & 45. Ioseph. Ludouic. decis Perus. 2. n. 31. Wesenbec. consil 29 n. 46 & d. consil 90. n 11. Ritchou. consil. 26. n. 46 Crass. in §. testamentum, quæst 11. in fin* & vt testamentum patris patris coram duobus testibus duntaxat factum, inter liberos valeat, *vt notat donell. in d. §. ex imperfecto.* quod non solum in testamento in scriptis confecto, sed etiam in nuncupato procedere communiter ibidem docent interpretes, *& conmu*

nem esse respondit Alexand. consil. 105. vol. 3. & consil. 186. n. 4. vol. 5. magisque communem dicit Gail. d. obs. 112. n. 4. tametsi ne testium quidem interuentus in testamento inter liberos vsque adeo sit necessarius, sed sufficiat voluntatem manu patris in schedula quapiam conscriptum, vt sustineatur, *vt est communis DD assertio in auth. quod sine. C. de testament. & in authen. de testamento imperfecto.* communem dicit Alexand. *consil. 114. vol. 7. Iason consil. 57. vol. 2. Sc aretz. 2. in Thesauro comm. opin. lit. T. n. 47. & plurib. persequitur Durandus de arte testandi, sub tit de testam. ordin. caut. 2. in fin. & Hartman. Pistor. 1. quaest. 1. n. 4. & seq.* quemadmodum etiam huic scripturæ creditur inter liberos per patrem scriptæ, licet lecta non fuerit nec publicata. *Bart. in l. si is qui, n. 4. ff. qui testam. fac. poss. quam Bartoli sententiam in practica seruari testatur ibid. Aretin. col. 2. post medium, illamque conclusionem Imol. ibid. ampliat,* etiamsi sit imperfecta ratione voluntatis, quia sustineatur eorum respectu, quæ verosimiliter erant perfecta. *Quæ tamen restringuntur, vt ita demum imperfecta parentis voluntas valeat, si æqualitatem inter liberos seruet & constituat, prout supra 155. probatum fuit.*

Ex his omnibus consequitur, parentem, ne videatur actum fecisse frustratorium, liberos pariter in hoc casu nostro, defunctæ sorori succedere voluisse.

DECIMO SEXTO huic sententiæ argumentum præstat; Quod non sumendus sit ille intellectus, ex quo sequi possit absurditas, inhumanitas vel inconueniens, *c. si quando 5. vbi Felin. Imol. & comm. DD. extr. de rescript.*
208. *Iohann. Andr. in c. cui licet. 33. extr. de R. I. in 6.* Nulla † enim dispositio sic intelligi debet, vt inducatur absurdum, *vt inquit Brun. in tract. statut. art 12. Gail. 2. obs. 33. num 5.* quod in tantum verum est, & absurditatis euitandæ causa generalis dispositio restringatur, *text notab. in l. 2. C. de noxal. act. & in l. gradatim. §. 1. ff. de munerib. & honorib. Gail. d. obs. 33. n.* 4. & mixtum etiam in materia restringibili comprehendatur. *Eberhard. loco 101. ab æquipollent. fol. mihi 557. in princ.* Imo, ob hanc rationem etiam à proprietate verborum receditur. *Crauet. consil. 392. num. 6. & consil. 775. numer. 11. & consil. 867. num. 3. Rol. à valle cons. 82. num. 31. vol. 3. & consil. 72. numer. 24. vol. 1. Tiber. Dec. respons. 31. n. 83. vol. 1.* estque tutius vt verba nihil operentur, ac stent sterilia, quam vt absurdum inde eueniat. *Crauet. consil 397. n. 8.* cum in absurdo neque ratio, neque æquitas militet, sed ex eo omne malum aptum sit natum prouenire, *vt tradit Eberhard loco 23. num. 8.* Hinc est quod absurdus intellectus, ab officina iustitiæ repellendus & omnino vitandus sit. *l. fin. § 1. C. de sent. pass. & restit. l. diuortio, ff. solut. matrim. quemadmodum dos pet. l. fin. C. de vsur. rei iud. c. iniustum, 12. quæst. 2. c. 1. vers. excommunicationis, de priuileg. in extrauagant. text. in l. in fundo, ff. de rei vendic. l. nam absurdum*

dum. ff. de bon. libert. & l. ex falso, §. vlt. ff. ad S C. Trebell Alexand. consf. 61. col. 10 & consil. 17. n. 6. vol. 7. Paris. consil. 111. num. 35. vol. 1. & consil. 20 num. 26. & consil. 25. numer. 19. vol. 3. Roland à Valle consil. 13. num. vol. 2. Laur. Calcan. consil. 48. num. 20. Et hoc argumento ab absurdo vitando IC.ti sæpissime vtuntur, *in l. Patronus, §. ex testamento. ff. de bon. libert. cum alijs concordant. adductis per Anchar. in consil. 74. n. 2. Iason in l. existimo, n. 3. de verb. abl.* & validissimum esse scribit *Bald. in l. Pomponius, n. 4. ff de negot. gest.* quia sumitur à discretione naturali, *Eberhard d. loco 23. n. 1.* quæ est immutabilis, *vt inquit Bald. in consil. 29. n 4. vol. 1.* Et quia inprimis † vltimæ defunctorum voluntates, 209.
sunt clementer, humaniter & piæ interpretandæ, non duriter & inhumaniter. *Socin. iun. in l heredes mei, §. cum ita. n. 35. ff. ad Trebell. & per illum text. Bald consil. 446. in fin. vol. 1. & in l. 2. C. de condit. insert. vbi adducit etiam l. impium Vitium. §. 1. de lib. præter, Signor consil. 188. num. 7. Anch. consil. 74. n. 2 Fulgos. consil. 27. n. 3. Alciat. consil. 202. n. 2. lib. 9. Tiber. Decian. consil 34. n. 59. & seq. vol. 3. Sichard. ad l 6 generaliter. §. cum autem, n. 2. in fin. C. de instit. substit. & restit.* voluntas testatoris etiam contra propriam verborum significationem sic debet interpretari, vt cesset absurdum, *per d. l. heredes mei. §. cum ita, ff. ad Trebell. Raph Fulg consil. 17. num. 2. vers. in contrarium, Crauetta in consil. 62. n. 8. Socin iun. consf 112. n 28. vol. 3. & in consf. 65. n. 19. vol. 4.*

Idem sentiendũ est de intellectu, ex quo sequi possit iuris correctio. *tex. in l. 2. vbi Bald. C. de condit. insert. Roman. consil 104. n. 2. Curt. consil. 8. n. 12. lib. 1.* vbi ait verba potius impropriãda esse, quam vt ius commune corrigant.

In præsenti vero casu nostro vtrumque sequeretur, & inconueniens absurdissimum, & correctio iuris euidentissima, si frater natu maior exclusis reliquis fratrib. & sororib. solus defunctæ sorori succedere deberet.

Per illam siquidem successionem, intolerabilis inter liberos inæqualitas (qua concessa non duntaxat dissidia inter fratres excitarentur, *vide supra n 125.* sed etiam testamentum plane nullum redderetur. *confer præced. decid. rat. n. 190. & seqq.* insuper etiam parens vnum pro legitimo, reliquis vero pro bastardis, contra naturalẽ quam habet erga omnes simul liberos *vide supra n. 136.* charitatẽ, habuisse videretur, quod iura fieri plane vetãt *sicut n. 123. & n. 161 probatum extat*) & absurditas oriretur. Nã posito, testatorẽ duodecim post se liberos reliquisse, omnibusq; dotẽ eodẽ modo, quo huic filiæ, legasse, decẽ vero ante initũ matrimonium mori contingat: equidem valde absurdũ & iniquum foret fratrem natu maximum solũ excluso vnico superstite, omnibus prædefunctis fratribus & sororibus, in prælegatis dotib⁹ succedere velle: Imo iniquissimum esset, si pari gradu coniunctis, naturalis & ciuilis successionis commodum adimeretur, data illi prærogatiua, qui nõ gradu cõiunctior, sed ætate maior esset: cũ alioqui per eorum

naturam inter pares non cadat quid præcipuum, sed pares merito pari
debeant iure censeri *Mynſ. 3. obſ. 94 n. 5.*
Deinde ius reliquis fratribus & sororibus, *Nouella 118. c. 3. autho. cessante,*
C. de legit. hered. cui concordat c. 1. §. 2. de his qui feud. dare poss. §. capitanei, de feu-
do Marchiæ adstipulatur Rolanda valle. 1. consil. 25. n. 1. quam adducit Godfred. in d.
Nouell. 118. c. 3. lib. 5. quæsitum, admittere videretur, quod equidem sine
210 legitima causa ipsis inuitis † auferri nō potest, *per l. 2. §. mer. & §. si quis à Princ.*
ff ne qu. in loco publ fiat, l. sic. 8. § pro ff. si seruit. vend. ne quidē ab Episcopo, *c. 2. &*
ibi gloss. ad verb. diminuit ext. de Eccl. prælia c. ad audientiā extr. de Eccl. ædif. vel re-
par. l. nec auus, 4. C. de emancip. lib. l. 1. de iure Reip lib. 11. & l. quicūq; 3. in fin. C. de ōni
agro deserto. eod. lib. 11. aut summo principe, *c. vnic. de alienand. feud. Patern c. 1.*
vnic. §. hoc quoque, vbi Bald. DD. & præcipue Matth. de Afflict. n. 56. de success feud.
c. vn. & ibi Bald. in princ. de nat. feud. c. vn in princ. de feud. sine culp. non amitt. c.
vn §. fin. de his qui feud. dar. poss. Schurff. cons. 30 n. 3. cent. 1. Roland. à Valle cons. n.
4. vol. 2. cum illud illicite ac contra iure legumque prohibitionem, bo-
nōsque mores sit, ideoque ne facere † quidem quamquam posse creden-
211. dum est, *§. 7. vbi Wesenbec. Mynſ. Schneiduu Borchold. & alij, Instit de iure perso-*
narum, l. non dubium, C. de legib. l. si stipulor. 35. l. stipulatio hoc modo concepta, 6 de
verb. oblig. l. 7. §. ait prætor. §. sequent. & l. generaliter, l si vnus, §. pacta qui turpem
l. sequent l. ius agnationis, ff de pactis, l. nec ex prætorio, ibi DD. ff. de R. I. cum il-
lud tantum nos posse putemus, quod salua pietate existimatione, & vere-
cundia facere possumus, *l. filius, 15. l. quidam in suo, 27 ff. de conditio. institut.*
l. nemo potest 55. ibi DD ff. de leg 1. l. 3. §. pro illo, ff. pro socio. Bald. ad l. 2 in 2. lect.
ff. de his qui sunt sui vel alieni iuris, Iason in l. more, n. 1 ff. de iurisdictione omnium iudi-
cium, gloss. in l. re mandata, C. mandati
212 Vnde dispositio † testatoris præsumitur facta in eo casu, quo de iure
fieri potest vt valeat, *text in l. dotis fructus, cum l. seq. ff. de iure dot. Iason in l. Gal-*
lus, §. quidem recte n. 12. ff. de lib. & posth. post Aretin ibid. n. 6. & Dec. in consil. 43.
in fin eiusque verba sunt possibiliter non impossibiliter intelligenda. *Bald*
in l. cum antiquitas circa princ. n. 1. C. de vsufruct Aretin in l. obsides, col. 1. vers. 21.
ff. de testam. Socin. iun consil. 72. 55. & in consil. 74. n. 4. vol. 1. & in consil. 3. n. 27.
vol. 3. & sic interpretanda vt non videatur voluisse quod non potuit di-
sponere, *l. si quis ita, de condit in tit. l. Lucius §. pen. ff ad municipal. de incolis* Nam
sicut † lex debet esset huius, rationabilis & possibilis, *c. erit autem lex. distin.*
213. *4. & l. 1. cum seq. ff. de legib.* ita etiam vltima voluntas testatoris. *§. fin. inst. de leg.*
& l quidam in suo ff de condit. instit. Eberhard. loco 46. à lege de testatorem, n. 4. ver.
sexto istud facit. quia lex & dispositio testatoris æqui parantur, idem Eber-
hardus *d loco. 46. n. 1. & confer supra n. 32.*
Quo fit, quod pater in testamento suo de filijs aut filiabus suis dispo
nere

nere, aut easdem cogere non possit vt Monasterium aliquod cælibes in vitæ ingrediantur. siquidem prohibitio illa coniugij repugnat legi antiquæ diuinæ, Euangelicæ & iuri Naturali adeo vt in eiusmodi casu, iussus patris, liberos ad Monasterium compellentis non possit afferre aliquam excusationem à dolo & fraude, *propter d. l. non dubium C. de legib. d. l. ad ea qua, cum ibi not at. à gl. & D D. ff. de R. I. hac referantur post n. 213.* Et licet aliqua subesse præsumptio, qua quodammodo à dolo & fraude excusaretur ea tamen euidentia facti statim elideretur. Sipuidem in factis per illicitis semper ex ipso facto dolus præsumitur *l. si non conitij C. de iniur. l. 6. C. vnde vi. Wesenbec. in §. quia tamen n. 1. vers. eo tamen probanda Instit. vi bon. rap. & in §. Item lex Cornelia, n 2. Instit de publ. iudic.*

Legi vero antiquæ diuinæ & Euangelicæ eiusmodi prohibitionem coniugij repugnare, probatur quia Deus ipse coniugium† tamquam 214.
bonam ordinationem. Sobolis procreandæ ergo *Gens. 2. vers. 21.* & vitandæ scortationis gratia, 1. *Cor. 7. vers. 2.* in paradiso instituit & benedixit, *prout extat Gens. 1. vers. 28. & cap. 2 vers. 18. 19. Matth. 19. vers. 4.* vnde auctor custos & præsul coniugij dicitur, *in c. nemo. caus. 32. quæst. 4.* cuius sterilitas maledictio, est *Iob. 18. vers. 19.* fæcunditas vero benedictio ab ipso proueniens. *Psal. 119. vers. 9. 127. vers. 3. & 128. vers. 3.* & saluabitur mulier per filiorum generationum, si mansueuit in fide. *1. Tim. 2. vers. 15.* & beatum qui vxorem habet honestam passim scriptura prædicat. *Syr. c. 26. vers. 12. Psal. 128, vers. 1. & seqq.* & coniugium statum esse licitum sanctum & diuinum colligitur ex eo, quod Christus vnicus mundi redemptor, nuptias in cana Galilæa diuina sua præsentia cohonestauerit. *prout videre licet Ioh. 2. vers. 1. & seqq.* Quamquam autem Paulus scribit: bonum esse homini mulierem non tangere. *1. Cor. 7. vers. 1.* & virginitas ex illius commendatione bona sit. *vers. & ibid* ob instantem tamen addit necessitatem licere vxorem ducere *vers. 26.* vnusquisque enim proprium habet donum ex Deo: alius quidem sic, alius vero sic *vers. 7.* nec omnes capiunt verbum hoc: qui capere potest capiat. *Matth. 19. vers. n. 12.* qui vero non potest iuxta mandatum Angeli Tobiæ præscriptum, in timore Domini vxorem ducat. *Tob. 6. vers. 22.* in Domino si ad cuius gloriam omnia facienda *1. Corinth. 10. 31.* nubat. *1. Cor. 7. vers. 39.* quod si fecerit non peccat. *d. cap. 7. vers. 28. & 26. & 1. Tim. 5. vers. 14.* vbi, volo autem, inquit, iuniores. *viduas,* nubere, filius procreare, matres familias esse & nullam occasionem dare aduersario maledicendi gratia. Melius enim est nubere quam vri. *1. Cor. 7. vers. 9.* siue, melius est vt nubant, quam in ignem delicijs suis cadant, *vt est sententia Cypriani in 1. Epist. cap. 11. ex quo id refert. Graue 2. conclus. 126. n. 31.* Et melior est cõiugatus fidelis, quã cõtinens infidelis, *secundũ August. lib. 16. de ciuit. Dei c. 36.*

Et melius est coniugium humile virginitate superba. *idem Augustinus in Psalm. 29.* Carnalis namque in eo incontinentia etiamsi vitiosa sit ad propagandæ prolis redigitur honestatem, vt ex malo libidinis, quis boni
215. faciat copulatio carnalis. *idem lib. de bono coniug.* Hinc honorabile † est coniugium inter omnes, *Heb. 13.* etiam Episcopos & sacerdotes. *1. Timoth. 3. vers. 2.* quo ad ius diuinum scilicet, illo quippe iure coniugium Sacerdotibus interdictum non fuisse, manifesta scripturæ exempla comprobant, prout legitur de Raguele, qui Iethro vocatur, *Exod. cap. 3. vers. 1. & cap. 18. vers. 1.* Rege & sacerdote regionis Madian *Exod. cap. 2. vers. 16. & seqq.* & de Mose, quod Sephoram filiam Raguelis siue Iethri in vxorem acceperit, & cum ea filios genuerit. *Exod. 2. vers. 21. & Exod. 18. vers. 2.* & de Aarone, quod acceperit in vxorē Elisabeth, filiā Aminadech, sororem Nabasson, ac cum ea filios genuerit. *Exod. 6. vers. 23.* habuerūnt item vxores & liberos Leuitæ reliqui *Leu. 12. ver. 4* Samuel, *1. Sam. 8.* Heli Sacerdos *1. Sam. 2. vers. 12.* Similiter Prophetas omnes, sicut Esaias. *Esa 7.* Ezechiel. *Ezec. 24.* Ieremia excepto *Ier. 16. vers. 2.* vxores & domos habuisse testatur. *Chrys. Hom. 56 in Matth.* & nihil tamen virtuti eorum fuit impedimento. Sic etiam Diuum Petrū domum & vxore habuisse legimus, *Matth. 9. vers. 14. Marc. 1. vers. 29 Luc. 4 vers. 38.* Et Euangelistam Philippū. *Act. 21. vers. 8. 9.* & cæteros Apostolos, exceptis Iohanne & Paulo, *teste Ambr. super 11. cap. 2. ad Corinth.* omnes, *1. Cor. 9. vers. 5* qui nuptijs fuerunt sociati, & non libidinis causa, sed posteritatis subrogādæ gratia cōiuges habuerūt. *vt scribit Ignatius Epist. 6. ad Philad.* Sicuti etiā Princeps Synagogæ, domum vxorem, & liberos habuit, *Matth. 9. vers. 18.* prout & præcipui Ecclesiæ doctores: veluti Gregorius Nazianzenus: Polycrates Ephesiorum Episcopus: chæremon Episcopus, Nili. Spiridion Philogonius, Hilarius, &c, vxores habuerunt, *vide Euse. lib. 5. ca. 24. & li. 6. c. 42. & li. 10. c. 5.* & tamen ad res agendas diuinas nō fuerūt deteriores. *vt loquitur Chrysost.* vnde clericis volentibus matrimoniū nō esse interdicendum sentit *Abb. siue Panorm. in c. 1. & c. cū olim, de cleric. cōiug.* quēadmodum etiā Illustrem, Georg. Acac. Baron. Hohenheimensem, *iā ante ex eod. Panorm. tract. de priuil. lib. 3. c. 19. n. 6.* animaduertisse videmus. *refer. & seq Greuen. 2. conclus. 141 consil. 1. n. 16.* Hinc est, quod etiānunc Orientalis Ecclesiæ Sacerdotes vxores ducunt, *vt est in c. quoniam, distinct. 31. Abb. in c. vt clericorum n. 5. de vit. & hone. cler.* cum sacerdotes non impediātur à iure diuino, sed Canonico tātū contrahere matrimonium. Vnde est quod Pontifex sumus possit dispensare cū constituto in sacris, quod matrimonium contrahat, *ita concludit Alex. consil. 22. n. 22. vol. 1. quod & late defendit Iason consil. 11. vol. 3. Abb. in d. c. cum olim, de cler. coniug. referente Cacherano decis. 119 n 6.*

Iuri Naturali repugnat, eo quod ex eo descendit maris ac fœminæ coniun-

iunctio *quā matrimoniū appellamus*, liberorum procreatio & educatio, *tit. 2.*
in princ. Inst. 1. de iur. nat. gent. & ciuil. de quibus *Cic. lib. 1. offic.* ita scribit. Com-
mune omnium animantium est, coniunctionis appetitus, procreandi cau
sa, & cura quædam eorum quæ procreata sunt. *prout ex eo refert Schneiduvin.*
n 6. Inst. d. tit. de I. N. G. & Ciuil. Ac prolis procreatio & educatio, matrimo-
nij principalis finis est, qui communis omnibus animantibus, atque ita se-
cundum legem naturæ generis, *vt scribit Arist. lib. 8 Ethicorum. referente & se-*
quente Menoch, de arbit. iud. lib. 2. cent. 4. casu 420. n. 56. Hinc dici solet, quod
omne animal sibi gaudeat procreare simile, & nullum tam ferox sit, quod
non habeat naturam sibi procreandi simile. In specie vero mulieres † 216.
ad hoc natura progenuit, vt partus ederent, & maxima in hoc eis cu-
piditas est constituta, *vt dicitur in l. 2. vers. cum enim C. de indic. vidui. toll. l. quæri-*
tur, de Ædilit. edict. & docent Mantica lib. 11. de coniect. vlt. volunt. tit. 22.
n. 22. & Arnold. Reyger, in thesauro iuris. l. f. n. 57. & num. 60. Ideoque si forsan
puella, siue mulier inueniatur, quæ contra feruorem naturæ resistere nō
possit, ei iugum virginitatis imponi non debet. Periculosa namque e-
ius possessio & difficulter custodiri potest, quando coactis imperatur,
Ignatius. vnde nec ei iuris cōmunis auxilium denegatur, *vt dicitur in §. opti-*
mum in auth. de non eligend. secund. nub. sed si nubat dicitur caste viuere & ho-
nestè, *per l. mulier, §. cū proponebatur, ff. ad Trebell. Bart. in l. fin. C. de ind. vid. toll.* Nā
nihil est furore amoris vehementius, *per ea quæ tradit Gail. 2. obs. 110. n. 33.* quem
quidem cohiberi perfectæ est Philosophiæ, *vt profitetur Iustinianus in §. illud,*
vers. nouimus, in authen. quib. modis natural. effic. legit. & sequitur Mantica lib. 11. de
coniect. vlt. volunt. tit. 19 n. 14. & 15. quod profectò fœminæ tantò minùs pos-
sunt, quātò magis viris sunt procaciores, *testāte Ouid. de arte amandi, vbi inquit:*

Parcior in nobis nec tam furiosa libido est. | *Omnia fœminea sunt ista libidine mota,*
Legitimum finem flamma virilis habet. | *Acrior est nostrâ, plusque furoris habet.*

Quibus omnibus consequens est, quod renunciatio † cogitatione religio- 217.
nis facta, possit per renunciātem ad sæculum reuersum reuocari, cum cau
sa ipsa renunciationis cessante, cesset etiam ipsa renunciatio. *Corn. consil. 291*
n. 8 vol. 4. Paris. cons. 3. n. 27. & 28. vol. 2. Grass. lib. 1. com. concl. cap. 10. quæst. 2. &
Late differit Tiraq. in tract. quod cessante caussa cesset effectus. in 1. part. num. 97. &
tradit Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cent. 5 casu 436. num. 5. & quælibet renun-
tiatio etiam iurata, tam ea, quæ facta est ob delatam, quam futuram
hereditatem hanc clausulam habere intelligatur, rebus ita stantibus, *Greg.*
Natta in repet. d. c. quamuis, nu. 17. de pact. in 6. per l. fin. vbi DD. ff. qui satisdar.
cog. l. fin. ff. ad munic. l. fin. C. de nō nume. pec. c. quēad. ext. de iur. Bart. in l. 1. §. & post o-
peris de oper. nou. nun. rebus vero in aliū statū mutatis euanescat pariter, sicut &
iuramentum, *l. fin. ff. qui satisd. cogantur. l. cū quis in princ. ff. de solut. l. Mauia nepo-*
tem

tem, §. *vxore herede*, *ff. de ann. leg. l. in confirmando*, *l. seq. de confirm. tut. Mynſ. conſ.* 37. *n.* 17. 18. 19. quod, vt renuntiatio † cum effectu procedat formiter, hoc
218. eſt in formâ iuris præſtito opus eſt, *Canon. ad c. cum contingat extr. de iureiur. c. 1. & 2. eod. in 6. Iaſon ad l. 3. §. iuraui. n. 3 ff. de iure iur. Weſenb. conſ. 15. n. 17. & conſ. 23. n. 2.* Renuntiatio enim ſine iureiurando facto robur non habere, ſed pro non facta cenſeri conſtat. *d. c. quamuis, ext. de pact. cum infinitis alijs, atque ita in ſpecie ſcribit Iachimus Beuſt in l. nam poſteaquam, §. iureiur. n. 11. Pag 171. ff. de iureiurand. referente & ſeq. Coth. reſp. 99. n. 12.* quo efficitur cum nudo pacto non poſſit renuntiatio fieri, *d. c. quamuis, de pact. in 6. Cyn. n. 5. Bart. n. 7. Bald. n. 7. Salic. n. 6. Fab. n. 1. Iaſ. n. 13. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vend.* nec ex nudo pacto aliqua naſcatur ciuilis obligatio: liberos etiam tamquam heredes patris non impediri eam impugnare, & rem remiſſam reuocare.

219. Imò vt maxime filia † etiam maioris ætatis, *Gail. 2. obſ. 147. n. 7. in fin.* in optima iuris forma ſub iureiurando à ſe corporaliter præſtito renunciaſſet, adhuc tamen dicendum eſt, ipſam renuntiationi eiuſmodi contrauenire poſſe, eamque pro nulla declarandam & reſcindendam eſſe interueniente enormi læſione. *Innocent. in c. quinta vallis. 23 extr. de iureiur. Roman. in l. ſi quis arbitratus ff. de V. oblig. Philip. corn. conſil. 179. n. 3. vol. 4. Decius conſil. 89. n. 4. latiſſime Gabriel lib. 4. tit. de iure dot. concluſ. 1. n. 7. & ſeqq. & Cothman. reſp.*
220. *99. n. 16.* quia enormis † vel enormiſſima læſio doli præſumptionem inducit, *per text. in l. omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud. cred. & in l. ſuperſtite patre, in fine, C. de dolo, vbi Fulgoſ. idemque tradunt Bart. in l. ſi ſocietatem, §. arbitrorum n. 14. in fin. pro ſocio, & in l. fin. ff. de prætor ſtip. Couar. lib. 2. var. reſolut. c. 4. n. 5. Alexand. conſil. 47. n. 5. vol. 1. Panormit. conſ. 107. n. 47. vol. 2. Dec. conſ. 45. n. 1. Curt. iun. conſ. 35. n. 10. & 11. & conſ. 141. n. 5. Socin. iun. conſ. 48. n. 47. vol. 1. Gail. 2. obſ. 77. n. 12. 13. & obſ. 147. n. 8. Mynſ. 5. obſ. 59. n. 8.* vnde dicimus læſionem enormem & dolum re ipſa idem eſſe, *per text. in l. 2. §. ſi quis ſine ff. de except. doli ſicuti reſponderunt Pariſ. conſ. 12. n. 92. & conſ. 20. n. 105. & conſil. 89. n. 68 vol. 1. Socin. iun. conſil. 77. n. 132. vol. 1. Ceph. conſil. 34. n. 25. vol. 1. Crauet. conſ. 142. n. & conſ. 192. 8. vol. 1. Iaſon conſ. 133. n. 17. verſ. non obſtat etiam dum dicebatur*
221. *vol 4.* vbicunque † autem filiæ doloſe eſt inducta ad renunciandum, renunciatio non valet, etiamſi ſit iurata, *per text. in d. c. quamuis, & d. cap. cum contingat.* & in genere receptum eſt, omnium actum dolo initium reſcindi debere. *l. & eleganter, ff. de dolo, l. apud, §. ſi quis, ff. de except. doli. l. 2. in prin. ff de iure fiſc.* quia nulla eſt diſpoſitio quæ admittat caſum doloſum, *l. creditor, §. Lucius, ff. mandati, l. ſi pater ff. quæ in fraud. cred. Ruin. in l. 1. in princ. n. 16. ff. de noui oper. nunciat.* Iurans enim de tali caſu non cenſetur cogitaſſe *Dec. d. conſ. 110. n. 6.*

Imo enormi † læsioni non posset etiam filia in specie renunciare, *per tex. in d. l. si quis cum aliter, ff. de V. obl. vbi comm. D D. ad hæc faciunt quæ notauit Bart. in l. societatem, §. arbitrorum, n. 25. ff. pro socio. referente Gail. d. obs. 147. n. 9* vsque 222.
adeo quidem vt renunciatio † eiusmodi, quantumuis iuramento firmata sit, nihilominus rescissionem mereatur, *veluti in spec. tradit Pet. Anch. in c. accessorium col. 11. vers. pro declaratione præfatorum, de R. I. in 6. vbi ait se ita consuluisse Senis. idem sentit Bald. in l. cum antea, col. 3. C. de arbitr. Dec. in l. pactum quod dotali. n. 17. C. de collat. vbi hanc comm. D D. opinionem esse dicit. idem confirmat Gail. d. obs. 97. n. 2.* Et in Camerâ Imperiali restitutio in integrum cócedatur, probata normi læsione, etiam sine absolutione à iuramento, cum tale iuramentum sit captiosum, iniustum, & contra bonos mores iuris Canonici, & sic non obligatorium, *text. in c. non est obligatorium, de R. I. in 6. Gail. d. obs. 147. n. 10.* siquidem quæ † cum pietate, verecundia, honestate, & legum præceptis 223.
pugnant, ea ne quidem facere nos posse credendum est, *l. non dubium, C. de legib. l. filius, 15. ff. de con. instit. l. nemo potest 55. ff. de legat. 1. l. 3. §. pro illo. ff. pro socio. Bald. ad l. 2. in 2. lect. ff. de his qui sunt sui vel alien. iur. gloss. ad l. in re, C. mandat.* Ac maxime quia iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis, *text in c. quanto, de iureiu. & in c. inter cætera, 2. q. 4. & in c. animaduertendum, 22. qu. 2. cum simil. b. Paris. consil. 6. n. 76. vol. 2. Corn. consil. 11. n. 5. vol. 3. Roland. à valle consil. 59. n. 25. & seqq. vol. 1.* sed tribus comitibus sociatum esse debet, veritate, iudicio, & iustitia, *text. in c. etsi Christus, de iurei. Gail. d. obse. 147. n. 7.* Quibus accedit quod iura fæminis facilius succurri volunt, quam alijs: cum natura † mulierum infirma sit & fragilis, *l. 2. §. verba, ff. ad Sc. Vellei. l. regula,* 224.
ff. de iur. & fact. ignor. l. 1. § accusationem, ff. ad Sc. Turpill. l. 4. in fin. C. de sponsal. l. imperialis, C. de nupt. l. quisquis, §. 1. C. ad iul. maiest. §. his consequens, auth. de æqual. dot. Alciat. in tract. præsumpt. reg. 1. præsumpt. 42. in princ. Paris. cons. 71. n. 30. vol. 3. & mulier dicatur habere infirmum & inualidum consilium, varijs seductionibus subiectum, *l. cuius bonis, ff. de curat. furios. Bald. in l. cum multa, C. de donat. ante nupt. & in c. 2. vers. item hoc statutum. de probat. & consil. 115. vol. 1.* Et scribit idem Bald. *in l. 2. qu. 9. C. de rescind. vend.* mulieres & minores vel minis, vel blanditijs, vel pollicitationibus facile seduci, *cuius dicti meminit Iason in l. si minori. n. princ. ff. de V. obl. & latissime comprobat Tiraqu. in tract. de leg. connub. al. l. 1. n. 71. confer supra n. 76.* & quo ad consilij fragilitatem minori æquiparari, *ait Imol. in c. cum contingat, de iureiur. Corn. consil. 124. in princ. vol. 3. Socin. iun. cons. 50. n. 4. vol. 3.* quàm ob caussam Romani, mulieres omnes in tutorum potestate esse voluerût, *vt asserit Cic. in orat. pro Murena.* Etenim consilio egent, nec vllum apud eos reperire est, *vt aiunt Bald. in c. 1. col. 9. vers. vltimo quæro, de iudic. & Dec. in l. 2. n. 46. ff. de R. I.* adeo vt contra propria commoda sæpe laborare consueuerint, *l. si pater. in fin. C. de sponsal. & d. l. imperia-*

N *lis,*

lis, C de nupt. infer supra n. 75. Hinc iura mulieri, minori & rustico de facili propter pe[...]næ qualitatem subuenire ait Roland. à valle consil. 7. n. 44. vol. 3. Ruin. consil. 6[...] n. 21. vol. 3. Corn. in consil. 189. col. 1. vol. 1. vt ita ex consequenti iuri & æquitati conueniat succurrere mulieri, quæ enormissime læsa fuit: atque ita, in terminis renunciationis à muliere factæ heredibus, argumentati sunt Iason d. consil. 113. n. 8. vol. 4. & Socin. sen. cons. 265. col. 4. vol. 2. quos secutus est Menoch. cons. 412. n. 20. & seq. vol. 5.

Et hanc conclusionem quod videlicet filia læsa restituatur non obstante renunciatione & iuramento, vltra prædictos tenent Afflict. decis. Neapol. 322. n. 8. Grammat. decis. Neapol. 101. n. 53. & n. 104. in fine. Couar. lib. 2. var. resol. c. 4. n. 11 versic. quoties vero læsio. Maranta, dis. 10. n. 51. Vasquius Illustr. controu. lib. 1. c. 2. n. 17. Crauet. cons. 142. n. 2[...]. Cacheran. decis. Pedemont. 179. n. 6. Gail. d. obs. 147. n. 9. & Mynf. 5. obs. 79. n. 3. Neque repugnat, quod nonnulli volunt præallegata iura loqui de dolo ex proposito, non autem de dolo re ipsa, prout voluerũt Imol. d. c. cum cõtingat, mẽb. 3. Alex. cons. 42. n. 20. & cons. 125. n. 9. vol. 1. Dolus

226. † enim ex læsione enormissima præsũptus, quo ad rescindẽdũ actũ, æquiparatur dolo ex proposito, l. 1. in fin. ff. de dol. mal. exc. Dec. consil. [...]9. n. 9. Bart. l. fin. in fin. ff. de prat. stipul. Iason d. cons. 133. n. 17. Gail. d. obs. 77. in fin. & d. obs. 147. n. 11. Quin imò ex læsione enormissima argui dolũ nõ tãtum præsumptum, sed etiã ex proposito, cõsuluerũt post Corneũ Crau. d. cons. 142. n. 22. & d. cons. 192. n. 2. vol. 1. Bero. cons. 37. n. 30. & cõs. 57. n. 7. vol. 1. & cons. 39. n. 2. & cons. 127. n. 7. vol. 3. Socin. iũ. cõs. 48. n. 24. vol. 1. Rol. à valle cõs. 7. n. 44. vol. 3. Zas. cõs. 12. n. 38. vol. 2. Pan. cõs. 44. n. 26.

227. Similiter renuntiatio † nõ procedit, nisi fœmina fuerit certiorata de beneficio Velleiano, & iuribus sibi cõpetentibus. Iason consil. 133. n. 17. vol. 4. Bar. Socin. cõs. 265. n. 14. vol. 2. Car. Ruin. cõs. 189. n. 7. vol. 1. Aymon Crau. consil. 142. n. 20. & consil. 221. n. 9. & consil. 282. n. 7. Schurff. cent. 1. cons. 96. n. 1. 2. & 3. Matth. de Afflict. decis. Neap. 350. n. 4. Tiraq. ad praf. l. si vnquã n. 99. C. de reuoc. donat. Ernestus Cothm. de resp. 99. n. 17. Nam deficiente certioratione, obligatio non tenet, Dyn. cons. 5. vers. quod autem. Socin. in consil. 165. colum. fin. lib. 1. Alex. in l. in repud. in addit. ad Bart. de acquir. hared. & in l. sciendum. n. 29. ff. de V. obl. Abb. in c. pen. n. 1. de empt. & vendit. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præsumpt. 42. hanc communem ab omnibus teneri testantur Padil. in l. fin. C. de iur. & fact. ignor. n. 10. post Fulg. Crot. Butigel. Tiraquell. & alios ab eo relatos & post hos omnes Gail. 2. obs. 77. n. 3. Ratio est, quia mulier

228. † præsumitur ignorare dispositionẽ illius senatuscõsulti, & aliorum iuriũ sibi competentium. gloss. not. in au. h. de incest. nupt. §. 1. vers. sciens. & Alex. in d. l. sciendum. n. 29. ff. de V. oblig. Hippol. de Marsil. ad rubr. de fideiussorib. n. 95. & sequẽtib. vnde cum censeatur ignorare, non videtur iuri ignorato renunciare: si quidẽ nemo † videtur renunciare isti iuri quod ignorat, text. in l. mater, 19.

229. §. cæterorum ff. de inoffic. testam. l. legit. 8. ff. de petit. hered. text. in c. veniens, de iurei.

gloss.

sc. ibid in verb. præsciuisset text. in l fin.. C. de non num. pec. Fulg. ad l. 2. n 5. C de resc. vend. Hippolyt ad d. rubric. de fideiuss. n. 36. & 37. Alber. in l. 4. §. quasi ff. si quis caution. Alex. consil 42. n. 5. vol I. Dec. consil. 180. n. 8. cum seq. & consil 352. n 7. Gail. 2. obs. 41. n. 2. & 2. obse 77 n. 8. quę adeo procedunt, vt non obtineat† talis enunciatio, etiamsi iuramento corroborata fuerit, *dissentit Gail. d. obs. 41. n. 9 & d. obs. 77. n. 10. per rat. ibid. alleg.* in omni enim renuntiatione, animus & consensus renunciantis requiritur. *l. quæritur, §. si venditor, ff. de ædilit. edict l si quis iusiurandum ff. de iureiur* qui autem ignorat † non dicitur consentire, *l cū Aquilia, ff. de transact. & in l. si per errorem ff. de iurisdict. omn. iud. l. mater decedens, C. de inoffic. testam Surd. consil. 150. n. 42.* nec censetur ratificare ea quæ ignorat, *Bald. in l. 1. opposit. 19 C. qui admitti. Ruin. consil. 48. n. 12. vol. 1. Paris. consil. 47. n. 97. vol. 1.* ignorantia quippe tollit consensum. *Tessaur. decis. Pedemont. 222. n. 3. in fin.* vbi vero nullus consensus est, ibi nec approbatio aliqua intelligi potest, *per tradita à Bursat. consil. 432. n 49. & cum primis à Cephalo consil. 377. n. 56.* vnde iuramentum appositum in actu in quo deficit consensus, nihil operatur. *Iason in l. si conuenerit, n 17 ff. de iurisdict. omni. iudic. & huius rationem adducit Tessaur. d. decis. 222. n. 4.* Nec ex iuramento renunciatio, sed ex mente & intentione renunciantis æstimanda, *text. in l. emptor, §. si ancilla, ff. de rei vend. l. 3. §. cum Pollidius ff. de vsurpat. l. cum pater, §. dulcissimis, ff. de leg. 2. l. nomen debitoris, §. vlt. ff. de legat. 3.* Neque † tantum operatur iuramentum, vt ex eo quod scientiæ deest, suppleatur, multo minus, vt qui ignorans iurauit, ex iuramento illo teneatur, *vt notatur in cap. breui, de iureiurand.* quia cum iuramentum dependeat à deliberato consensu, qui ignorat non videtur iurare, *vt ait Bald. consil. 312. vol. 2. Castrens consil. 465. num. 5. vol. 1. & consil. 122. num. 4 vol. 2. Dec. consil. 180. in fin.* vnde quemadmodum renunciatio non extenditur ad ignota, & non cogitata, *per d. l. mater, §. cæterum, & d l legitimam,* ita nec iuramentum, *text in c. veniens, de iureiur. glossa ibid. in verbo præsciuisset, text. in c. quemadmodum, eod. tit. text. in l. fin ff. qui satisd. cog & in l. fin C. de non num. pec. Guid. decis. 228. referente Gail. 1. obs. 100. n. 5. & 2. obs. 41 numer. 3. & obs 98. numer. 14. d lib. 2.* quod non potest facti ignorantiam supplere, neque excludere exceptionem erroris aut ignorantiæ, *Dec. consil. 350. in fin. Socin. consil. 114. vol. 2.* Atque ita in terminis renunciationis iuratæ consulti responderunt Dec. *consil. 180. in fin. Alciat respons. 96 n. 5. Crauet. consil. 192. n. 9. vol. 1. & consil. 259. n. 2. vol. 2.* His omnibus adde, quod licet filia fortassis certiorata sit in genere de beneficijs legum sibi competentibus, in bonis renuntiatis, id tamen non sufficiat ad validandam renuntiationem, sed requiratur † vt de vero bonorum renunciatorum valore & quantitate certiorata fuerit, *per ea quæ deduxit Tiraquellus, in d. lege. si vnquam, in princip. numero 96. & ibidem*

230. 231. 232. 233.

Rip. qu. 53. Iason d. consil. 133. n. 10. vol. 4. Curt. iun. d. consil. 141. n. 10. ita vt nec hoc quidem casu iuramentum quidquam operetur. *Cyn. in d. l. 2. qu. 6. quod pluribus dedu it Dec. d. consil. 180. in fin. & Alciat. d. reg. 1. præsumpt. 42.* Cum autem hæc certioratio sit facti, in dubio mulier non præsumitur certiorata, *Abb. in cap. si diligenti de foro competent. num. 9. Aretin. Institut. de exceptio §. item si colum 14. vers. circa hoc quæritur. dicens ita tenere glo. & DD comm. in d. l. fin. ad Velleian. Paul. de Castro in d. l. n. 5. Iason d. l. sciendum. post gloss. ib. d. n. 31. Alber. in c. omnes C. de hæret. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. n. 22. ff. si quis cautio. Cepol. caut. 196. & 197 late Tiraqu. in l. si vnquam in præfat. n. 136. C. de reuocand. donat. & communem etiam affirmat Paul. in d. l. fin. n. 11. C. de iur. & fact. ignor. post tuser. Rip. & alios ibi citatos. Menoch. de præsumptio. lib. 3. præsumptio. 82. numero 7.*

234 Eodem modo non valet † renunciatio, si filia minis vel verberibus à patre ad renunciandum sit inducta, vel callida machinatione, & persuasione, quæ dolum contineret, *text. in l. 1. §. dolum ff de dolo malo. Castr. late d. cons. 174. vol. 4. incip. videtur in præmissa. Franc. in d. c. quamuis n. 2 refert & sequitur Gail. 2. obs. 147. n. 15.* Hoc casu tamen sequens cautela pro filia, quæ inuite renunciat, obseruanda, vt sc. inprimis coram quibusdam, contestatione facta, iuret se propria sponte nunquam successioni paternæ renunciaturam: & si contingat eam in futurum renunciari, id se inuite facere, quo casu subsecuta renuntiatio non valebit, *per gloss. in c. licet mulieres, de iureiur. in 6. in verbo compellendos. Imol. & Castr. in d. c. cum contingat, de iure iur. Bart. in l. si quis pro eo, n. 9 ff de fideiuss. Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta, n. 3 ff de verb. oblig. Gail. d. obs. 147. nu. 18.* prout etiam non valebit, si coram Notario

235 & testibus, inuite se renunciasse, protestetur. Protestatio † enim conseruat iura protestantis, & consensum eius ab actu remouet. *c. sollicitudinem. in fin. vb. gl. extr. de appellat. Innocent. in c. quæstione extr. eod. Burs. cons. 21 n. 30. cons. 16 n. 36 & consil. 49. n. 19. Fulu. Pacian. 1. de probat. c. 11. n. 50. per c. vidua, extra. de R. I. & l. fideiussor. in princ. ff qui satisd. cogant. l. fin. §. item si prædixer. ff nau. caup. stabul. l. at si quis, §. plerique ff. de religios. l. 4. §. 3 ff. quibus modis pignu. vel hypot. solu. Wesenb. consil. 33. n. 45. & Decian. resp. 72. nu. 38. vbi addit idem tradi per Bart. & omnes DD. in l. non solum, §. morte. ff. de nou. oper. nunc. & per omnes Canonistas in c. cum M. Ferrariens. de constitut.*

236 Renunciatio † verò viri aut melioris cum sit quid facti, *Ceph. cons. 607. n. 2. vol. 4. Mynf. resp. 43. n. 38.* non præsumitur nisi probetur, *textus est expressus in c. supra hoc, de renunciat. & notat Bald. in l. 1. not. vlt. C. de edict. D. Adr. toll. Decian. cons. 160. n. 24. vol. 3. Cephal. consil. 25. n. 49 vol. 1 & consil. 54. n. 39 vol. 4 Crauet. consil. 200. n. 10 vol. 1. Wesenb. cons. 11. n. 34.* et quidem euidenter, & per probationes arctiores, *vt scribit Cephal. consil. 84. in fin. vol. 1.* adeo vt ex actu

aliquo

aliquo etiam proximo non inducatur. nisi de ea expresse agatur, *c. sane. & ibi. d. gloss. in verbo sustinere, in fin. de renunciat.* & quando alia coniectura sumi potest, illa potius, quam coniectura renunciationis sumenda est. *Cephal. consil. 25 n 50. vol. 1. & cons 434. n. 5. vol. 3.* Renuntiatio enim est † quædam donatio & dilapidatio, *l contra. § si filius. de pact. Tiraquell. in d. l. si vnquam, in verb. donatione largitus. n 173. & seq. & ibid Ripa, quæst 11. n. 20.* & qui renunciat alienare videtur, *l. fuit quæstionis, ff. de acquir. vel amitt. hered. cum alijs adductis à Ruino consil. 205. n. 5. vol. 1.* At vulgatum est, neminem præsumi iacta re suum, *l. cum debita ff. de condict. indeb.* quæ præsumptio potissimum locum habet in fæminis, in quibus donatio non præsumitur *Barba. consil. 16. col. vlt. lib. 1. Bertr. 141. lib. 1. cum infinitis alijs alleg. ab Andr. Tiraquell. de leg. connub. § 9. n. 4* : vtpote quæ ad auaritiæ vitium procliuissimæ esse solent, ita vt mulier † dicatur animal auarissimum, *secundum gloss. in l. Nescimus, ff. de negot. gest. & in l si à sponso, C. de donat. ante nupt. & Ancharan in c. indemnitatis, in princ. in 4. notab. de elect. in 6. & Mascard. de probat. conclus 150. n. 3. Tiraquell. alleg. tract. in 9. legem gloss. 1. p. 9. n. 3. Menoch. de præsumpt. liber. 3. præsumptio. 6. numero 9.* 237. 238.

Vnde si de renuntiatione facta instrumentum fortasse aliquod proferretur, tamen ne sic quidem præsumitur illam reuera factam, atque in id instrumentum faciendum consensum esse, cum non præsumatur consensus interuenisse, nisi de eo appareat, & quod fœmina sciuerit tractari de suo præiudicio, *Castr consil. 202. n. 3. vol. 1. Ruin. cons. 26 n. 3. & cons. 217. n. 3. vol. 1. Gozadin. consil. 72. n. 22. Socin. iun consil. 36. n. 3. vol. 1. & consil. 56. n. 74. vol 2.* Fieri siquidem potest, vt de renunciatione facienda tractatum sit, sed illi non est consequens renuntiationem in forma debita factā esse, quia non sequitur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *vulg. l. neque natales, C. de probat* & multa sæpe tractantur quæ non perficiuntur, aut ad conclusionem veniunt, *Bald in l multum. n. 26 C. si quis alteri vel sibi,* ideoque conclusionem attendendam esse, quicquid ante dictum fuisset, *monet idem Bald. in l. si voluntate tua C. de rescind. vendit. & ib. d. l. D. cæteri. Innoc. in c. super literis, de rescript.*

Sed extra propositum hæc omnia in gratiam Nobilissimi cuiusdam fautoris & amici, longius quam putauit progressus sum. Nunc deinceps ad propositum.

DECIMA SEPTIMA decidendi ratio est, quod omnium interpretum primariorum consensu & suffragio in eam sententiam itum sit, si testator filiæ, cui legitimam non reliquit, dotem legauerit, legatum istud non conditionale, sed purum censeri, *prout ex 1. 2. 3. 4. & seqq. decidendi rationibus videre est.* Et hæc quidem sententia procedit, etiamsi maxima pars interpre-

tum contrarium statuerit. Idque probatur ex eo quod expediti Iuris sit e-
239. am † opinionem doctorum & interpretationem præferendam esse quæ be-
nignior est & ad ius commune propius accedit. *l. benignius, ff. de legib. l. semper in dubijs, & l. capienda, ff de R. I. l. placuit C. de iudic. l. si fuerit. in fine C de reb. dub. Nicont. post multos alios D D. in rubr. ff. solut. matrim. n. 79. Crauet. consil. 942. n. 28. Corset. in singularib in verbo, opinio, Bursat. consil. 176. n. 23. & 24. Menoch. de arbit. iud. qu. cas. 199. n. 6 8. & seq. cent. 2. Cacheran. decis. 169. n 6. Mynsi. 2. obs. 10. n. 12. confer allegata supra n. 120. & 192* At illa opinio, qua legatum hoc nostrum purum, & ad hæredes eiusdem legatariæ transmitti dicitur, benignior est & ad ius commune propius accedit, *sicuti ex hactenus vsque prolatis constat.* Ergo omnibus alijs contrarijs opinionibus anteferenda.

240 Huc facit quod interpretatio † in quolibet actu fieri debeat, vt æqualitas conseruetur, *l. quæsitum, §. sed ipse Papinianus ff. de fund. instruct. Bald. in l. filiæ. in 7. opposit C. famil ercis. Crauetta consil. 133. n. 7. confer. infra n 147 & seq.* & vtrique partium consulatur, *arg. l. adoptiuus. §. 1. ff. de ritu nupt Bald. in l. bonorum, qu 3. C. qui admitti. Afflict. decis. 273. in fin. secutus est Crauetta consil. 20. n. 16 & consil. 30. n 4. Paul. de Castro consil. 179. col. 5. circa med l. b. 1. Bursat consil. 176. n. 26. lib. 2. Menoch de arbit. iud. qu. lib. 2. cent. 2. cas. 199 n. 14.* Nam ea quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam sunt vtilia, sunt anteponenda. *Guid Pap. decis. 96. circa fin.* Iam vero in proposita facti specie inæqualitas tollitur, & vtrique parti consulitur, si non minus reliqui fratres & sorores, quam hæres, ad prædefunctæ sororis legatã dotẽ admitãtur.

VLTIMAM decidendi rationem constituo, si vel maxime verum & certum esse supponamus, legatum hoc nostrum non purum sed conditionale esse, nihilominus tamen ad hæredes legatariæ, contra conclusionem, qua dicitur legatum conditionale non transmitti ad heredes, transmitteretur.

241. Primo, quia illa conclusio non procedit in legitima, in † qua fit transmissio ad heredes quoscunque, etiamsi filius vel filia decedat pendente conditione, *prout tradit Salyc. in l. vnic. in fin. vers. quaro decimo, de his qui ante apert tab. saluat gloss in l. is cui. ff. de act. & obl. referente Gabriel. lib. 4. comm. conclus de hered. instit. conclus. 2. n. 13* In legitima † enim non potest apponi grauamen, sed appositum reijcitur, *l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam. Menoch. 4. præsump. 72 n. 2. Vigel M. I. Controuers. lib. 4. cap. 8. reg 24. Except. 21. replic. §. fol. mihi, 629.*
242. *in fin & cap. 10. reg 42. Except. 6 d lib. Gail. 2. obs 116. n. 3. & 119. n. 12. 3. & 120. n. 12.* etiamsi conditio sit potestatiua & facilis, puta si voluerit, *vt tenet Bald. in d. l. quoniam in prior. in 1. col. in fin. & Salycet. in 2. col. & ibi Paul. de Castro in princ. in 2. col. & Iason in 1. ampliat idem tenent Imol. in l. iam debitori, col. pen ff de hered instit. & in l. fin col 7 ff. de condit. & instit. & Chassan. in cons Burg. fol. 244. col. 3.* Testator autem filiæ defunctæ dotem loco legitimæ reliquit, *prout supra 1. & 3. dec. rat.*

fatis euictum fuit. Ergo ad heredes Legatum hoc nostrum transmittitur licet conditionale fuisset.

Secundo, Conclusio illa non procedit, quando † testator voluit prouidere conseruationi agnationis, quia hoc in casu similiter transmittitur legatū conditionale, etiā cum pendente conditione honoratus decesserit. *ita Curt. Sen. in consil. 76. col. 2. vers. præmissis tamen. Dec. consil. 574. col. 2. vers. subijcit tamen Socin. Iason in consil. 233. col. 6 vers. 3. accedat. vol. 5. & consil. 154. col. 2. in fin. vers. primo quia. & col. seq. vers. & ita in specie. vol. 4. Paris. cons 65. n. 77. vers. de coniectura. vol. 3. & nu. 46. vers etsi testator. Ruin. consil. 156 col. 1. vers. & quando subsist. & col. 3. vers. nec obstat. vol. 2. Paris. consil. 5. n. 18. vers. in qua diffic. consid. vol. 3. Grat. cons. 101. n 2. vers. maturius. vero. vol. 2.* Atqui in nostro casu testator conseruationi agnationis prouidere voluit. *prout supra 11. decid. rat. latius deductū fuit* Ergo, &c. 243.

Tertio, quando † testator tempus solutionis potius legatarij causa prorogare, quam conditionem legato adijcere voluit, hoc casu legatum etiā conditionale transmittitur, *testante Vigel M 1. contr. lib. 4. c. 9. reg 14. Except. 47. replica 2. n. 20.* Atqui nostro casu id testator facere voluit, *prout ex superioribus rat. 1. decid. circa fin. adductis patebit.* Ergo. 244.

Quarto, quando † quis parere conditioni non potest, conditio defecisse non dicitur, *text. in l. quæ sub cond. §. quoties ff de condit. instit & ex isto textu videtur cōprobari gloss. fin. in l. pen. C. de cond. ob caus. quā seq. Andr. Poma in vlt. addit ad Bart. in l pecuniam, vers. quinto fallit. ff de condit. caus. dat. Cather. decis. Pedemont. 98. n. 4.* sed eo casu pro completa habetur, *l. 1. cum auum. C de instit. subst. & restit.* in vltimis enim voluntatibus paria sunt, conditionem vere impletā esse vel ficte, id est si per alium stet quominus possit impleri *Sichard ad d. l cum auum n. 1.* Atqui nostro casu per defunctam non stetit, quo minus conditionem, *si modo conditio fuisset*, impleret; sine dubio enim honestū non recusasset procum, si modo dignus quispiā tali Lesbia, debito more se præsētasset. Quare licet hoc nostrum Legatum esset conditionale, tamen de iure ac æquitate transferendum esset. 245.

Quinto, non procedit dicta regula, si testator fuisset Legatum relicturus, etiam deficiente conditione mere casuali, *ita sentit gloss in l 1. de instit & subst. t & ibi Paul. de Castro, & sequitur Socin. in testam. 2. n. 4. in fin de condit. & demonstr. vt refert & seq Mantica, dè coniect. vlt. vol lib. 11. tit. 16 n. 19 in fin.* vel quando † coniecturis & præsumptionibus colligitur, testatorem voluisse fideicomissum vel legatū conditionale trāsmitti debere ad hæredes ipsius legatarij vel fideicōmissarij, *ita Bald in l. hered. mei, §. cū ita, n 12. ad Trebell & in l. vnic. n. 10 C. de ijs qui ante apert. tab. Alex. cons. 93. n 16 lib. 3. Crotus in l. 1. n. 58 & n. 75. de leg. 1. Socin. in consil. 6. n. 12. lib. 3. Socin. iun. consil. 141. num. 22. libro 1. Curtius* 246

Sen-

Sen. consil. 70. Curt. iun. in consil. 16. n. 6. & consil. 69. n. 1. & consil. 111. n. 15. Iason in consil. 233. col. 1. lib. 2 Berous consil. 104. n. 16. lib. 2. Natta in consil. 151. n. 20. lib. 4. Vigel. lib. 4. M. I. contr. c. 10. reg. 42. except. 19 n. 30. adde eundem M. I. ciuil. parte 4. lib. 14. cap. 2. & 3. & ita singulariter limitat Gail. obs. 132. n. & Greue 2. pract. conclus. 132. n. 8. Ratio huius est, quia testator† sua voluntate efficere potest
247. vt transmissibile non transmittatur, *text in l. in conditionibus primum locum, §. hac scriptura, ff. de condit. & demonstr. Gail. d. obs. 132. n. 8.* & non transmissibile transmitatur, *l. vnic. C. vt actio ab herede & cont. heredes. & tradunt Bald. in l. si pater qu. 4. C. de instit. & substit. Crot in l. si is qui pro emptore, n. 147. ff. de vsucap. & ibid. Iason. n. 145. & Decian. in consil. 129. n. 37. lib. 4. praesumpt. 201. n. 79. in fin.*
248. vnde etiam ad extraneos† conditionale legatum transmittitur, coniecturis ex testatoris dispositione id suadentibus, *Menoch. de arbit. iud. casu 165 n. 2. idem consil 793. sub n. 9. & consil 900 n. 13 Franc. Bursat. consil. 261. n. 13. Ioseph. Lond decis. Perus. 10., atque ita iudicauit Senatus Sabaud. prout ex cod. Fab. refert & sequitur Greue d. conclus. 132. n. 12. confer supra n. 59. & 60* Non est autem necessarium, quod verba proprie vel improprie deseruiant, vt legatum conditionale transmittatur, sed sufficit† quod coniecturae ex ipso testamento col-
249. ligi possint, *vt sentit Bald. in l. vnic. n. 10. ff qui ante aper. tab. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20 n. 27.* Imo, etiam extra testamentum desumi efficaciter posse, auctoritate Parisij *Soc. iun Curt. & Zanchi.* nuncupatim respondet *Francisc. Bursat. consil. 261. sub n. 14. vers. etsi ex ipso testamento. confer supra n. 58.* In vltimis enim voluntatibus† sufficit etiam voluntas testatoris tacita, quę
250. ex verisimilibus coniecturis colligitur, *per l. licet Imperator. ff de leg. 1. Bart. ibid. n. 2. text. in l. cum auus ff. de condit. & demonstr. & in l. cum acutissimi, C. de fideicomm. & in l. generaliter. in fin. C. de instit. & subst. t. Gail. 2 obs. 132. n. 7.* eaque magis, quam verba attendi debet *quod multis probat Gail. 2. obs. 135. n. 5. & sequitur Vigel. lib. 4 M. I. Controuers. c. 9. reg. 117.* cum praeferatur propriae verborum significationi, *l. non aliter, ff. de leg. 3. l. si quis de leg. 1. l. Labeo, ff. de suppel. lect. leg. Paris. consil. 41. n. 15. & cons. 52. n. 6. & consil. 78. num. 6 lib. 2. Curt. iun. consil. 57. n. 6. Socin. iun. consil. 19. n. 10. lib. 3.* vnde in† conditionibus primum
251. tenet locum, & regit conditiones, *l. in conditionibus primum locum, in princ. ff. de condit. & demonstr. Bart. ibid in l. auia. §. vlt.* adeo vt si quaeratur de implemento conditionis, voluntas magis, quam verborum figura seu proprietas spectanda sit, *l. pater Seuerinam, in princ. l. heredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebell. l. 3. de instit. & substit. Corn. consil. 124. n. 6. & sequent. vol. 2.* Et propter mentem testatoris non veniente etiam conditione quandoque relictum debeatur, *gl. in l. 1. de instit. & substit. per l. talem. in princ. ff. de hered. instit. Alciat in consil. 62. n. 9. lib. 9 & consil. 88. n. 6. eod. lib* & vt dictum est, transmittatur. ideoque
252. licet regulariter sit conditionem† voluntariam, impleri debere informa speci-

specificã, *l. qui heredi, in princ. & l. Meuius, de condit. & dem. & late Decius in consil. 89. n. 3. Rol. à vall. consil. 16. n. 22. & 23. vol. 3. vbi dicit communem*: tamen hoc intelligendum est, si quidem ipse testator considerauit modum & formam, aliud enim est si respexit effectum, qui sequitur ex implemento, quia tunc sufficit quod ille effectus, non considerata ipsa forma, sequatur, *l. si mater, de instit. & subst. l. mulier, in princ. ff. ad Trebell. l. fideicommissa, §. si cui, de leg. 3. l. si ita, ff. quando dies leg. ced. & hoc. Bart. sensit in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 3. de lib. & posth.*

Sed ex huc vsque productis coniecturis & rationibus, satis superque constat, voluntatem testatoris fuisse, vt hoc legatum nostrum transmittatur, itaque licet esset Conditionale, quod nullatenus admittimus, tamen ad heredes etiam extraneos, per dictas rationes transmitteretur.

Sexto, dicta Regula; qua dicitur, quod legatum † Conditionale non 253. transmittatur, non procedit, quando alias resultaret magna inæqualitas inter descendentes testatoris, & testator ipse iam dixisset se testari, ne aliqua discordia oriatur inter suos descendentes: Nam hoc sane casu locum esse transmissioni responderunt Socin. iun. *in consil. 63. n. 64. vers. 2. lib. 4. & Ruin. consil. 145. n. 6. & vers. & primo, & in consil. 178. n. 6. lib. 2.* respondit, testatorem voluisse locum esse transmissioni ob æqualitatem seruandam inter æquales gradu, *idem affirmarunt Zanch. in d. §. cum ita, in 4. parte, n. 384. Rota Romana in decis. 782. in fin. in 1. parte. refert & sequitur Menoch. 4. præsumpt. 201. n. 110. quod & supra n. 156. latius deductum fuit.* plures huius conclusionis fallentias, vide apud Menoch. *Gabriel. Vigel allegatis locis. quibus adde Accursium in l. vnica, §. sin autem aliquid, in verbo, conditio, C. de caduc. tollend. & ibid. DD. referente Gail. d. obs. 132. in fin.*

Atqui magna inæqualitas inter descendentes nostri testatoris resultaret, 254. si superstites fratres & sorores defunctæ sorori in legata dote succedere prohiberentur, *confer supra 15 & 10 decid. rat.* adhæc, ne aliqua discordia inter filios oriretur testatum esse, *in 9. decid. rat. n. 142. in fine,* demonstratum fuit. Per prædictas itaque rationes, quarum vel vna ad legatum conditionale transmittendum sufficeret; concludendum venit, hoc nostrum legatum dotis, de iure & æquitate, ad prædefunctę sororis fratres & sorores omnes æqualiter, etiamsi conditionale, *quod tamen nequaquam per supra dictas rationes conceditur*, esset, transmitti debere.

Verum, cum non conditionale, sed omnino simplex & purum sit, *prout hactenus vsque satis superque euictum est*, insuper etiam legataria † post adi- 255. tam ab hærede hereditatem decesserit, nulla de transmissione dubitatio exoriri potest, *text. in l. 1. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend. vbi Castrens. in princ.*

n. 7. l. si post diem in prin. ff. quando dies leg. ced. idem affirmarunt *Ferrariens. in forma*
libell: pro legato rei sing. in gl. 1. n. 10. Capra in consil 6 in secundo dubio, & in consil.
66. in fin. Iason in l. si infanti, col. penult. C. de iure delib. Ripa in l. haeredes mei, §.
cum ita. numero 57 ff. ad Trebell. Socin. sen. in l. cum filio famil. numero 32. vbi Al-
ciat. numero 25. vers. quintus est, de leg. 1. Socin. iun in d. §. cum ita. numero 129.
& ibidem. Bolognet. numero 46. & Zanchus in 4. parte, numero 27. & 29. tum,
quia cum heres adeundo hereditatem videatur cum legatarijs contrahere,
l. 3. in fin. ff. ex quib. caus. in possess. eatur. & ob id ipsis legatarijs actio incipiat
ex testamento competere, qua contra heredem experiãtur, vt restituat, *l. 1.*
C. Commun. de leg. & tradit. Bart. in l. si legatum, in princ. ff. ad Trebell. apparet, iam
ius aliquod esse ipsi legatarijs acquisitum, nempe actionem, quam ad suos
255. heredes transmittunt, *l. 1. C. de hered. act.* tum, quia in puro legato † dies sta-
tim cedit à morte testatoris *d. l. vnic. §. sin autem aliquid. C de cad. tollend. Bald.*
ibid. in pr. & DD comm. gloss communiter approbata in l. vnic. C. de his qui ante apert.
tab. in verb. derelictis. text. & gloss. in l. heredes mei, §. cum ita. ff ad Sc Trebell. in ver-
bo fin. DD. comm. ibid Bart. in l. cum filiofam. n. 12. ff. de legat. 1. Alex ibid n. 7 per il-
lum text. Paris. consil. 30. n. 67 part. 2. in. ip. dubitatur. vbi communem dicit. Bald. cons.
115. per tot. vol 5. incip. super isto. Idem consil. 146. numero 1. eodem vol. Natta consil.
372. numero 9. vol. 2. incip. iam dudum scripseram. Bald. in l si in persona, C. de fideicom-
256. *miss. Gail d. obs. 132. n. 2.* & dominium † rei legatæ statim à die mortis testato-
ris in ipsum legatarium recta via transit, *l. à Titio, ff. de furt. l. si alienus. ff. de*
noxal. act. & leg peculium, §. sed & creditor ff. de pecul. l. si tibi homo, §. cum ser-
uus, ff. de legat. 1. gloss. ibidem, in verbo; adita. & latiss. tradit Duen. in reg 210. Gail.
2. obs. 152. n. 5. Dominium autem est ius quo res proprietate est nostra, *Caius*
2. instit 1. §. 1. l. si tibi fundi, 17. ff. ad l. Aquil. l. si ita, 16. §. 1. de vsu & habit. Vult. 1. I.
Romana cap. 68. n. 2. confer Goed. ad l. 25. ff. de V. S. n. 7. vbi diss. omnes in tradenda
Dominij definitione refellit.

Quæ omnia cum de legato extraneæ personæ relicto intelligantur,
quanto magis de nostro legato dotis procedent, quæ semper, *vti ex 1. 2. 3 4.*
& seqq. decidendi rationibus constabit, pure relinqui debet, prout & noster testa-
tor eam relinquere voluisse, ex prædictis fundamentis constat.

Atque hæc sunt, quæ vices fratrum & sororum prædefunctæ sororis
egregie defendunt: plura profecto eiusmodi generis, ex ipsius paternæ
dispositionis ordine, in medium produci potuissent argumenta, si saltem
nobis eiusmodi copia data fuisset. Constat enim tum ex præcedentibus †
257. tum vero etiam ex sequentibus scripturis & alijs actibus, mentem & vo-
luntatem testatoris declarari, *l. heredes palam, §. sed et si notam ff. de testam. l. si*
seruus plurium, §. vlt. & l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1. Iohann. Crot. in l. 12. ff de ac-
quir. possess. Anton. Rub. in l. pen. §. ad crimen. n. 171. ff. de public. iudic. Mascard. de pro
bat. conclus. 1415. n. 26. confer Eberhard. loco 1. ab ordine, n. 7. Manticam de coniect.

vlt. volunt. tit. 13. *n.* 1. *Cacheran. decis. Pedemont.* 167. *n.* 8. *& 11.* At præcedentia argumenta æquo iudici ad propositum casum de iure & æquitate decidendum sufficient.

Superest nunc vt ad contraria respondeamus: Nam obiectis † non respondere est animi elati, aut ignorantiæ tenebris inuoluti, *Ang. in consil.* 11. *n.* 7. *vers. restat. Bonon. inter consil. Curt. sen. consil.* 50. *n.* 7. *& Rol. Val. in consil.* 60. *n.* 31. *vol.* 1 *Mantica de coniect. vlt. volunt. lib* 8. *tit.* 18. *n.* 21. Nec satis est verum dicere, sed simul contraria refutare & falsitatis causam assignare oportet, *quod multis probat Haprecht. Instit. de rerum diuis. in princ. n.* 111. qua ad veritatem eliciendam nulla via certior est, *Dauth. in prolegom. tract. de testamentis.* 283.

Quod igitur PRIMVM ARGVMENTVM, superius in contrarium allatum, concernit, videlicet legatum dotis habere tacitam conditionem nuptiarum, Respondeo, id quidem verũ esse in suis terminis & procedere. Primo, quando Legatum dotis † relictum est certæ personæ ab extraneo, qui non tenetur legitimam relinquere, tunc enim intelligitur tacitam habere conditionem nuptiarum, tum quia pendet ex futuro euentu, hoc est ex matrimonio contrahendo, *d. l. Titio centum*, §. *Titio genero, de cond. & demonst. l. stipulationem, l. promittendo ff. de iur. dot. & d. l. item quia*, §. 1. *ff. de pact.* tum etiam quia stipulatio dotis, tacitam habet conditionem nuptiarum, *d. l. stipulationem, l. promittendo, l. plerumque*, §. *si ante nupt. ff. de iure dot. & d. l. item quia*, §. 1. *ff. de pact.* quod autem dicitur de stipulatione, id de legato etiam intelligendum venit, *l. si diuortio* 21. *de verb. oblig Bart. in l. iure ciuili, de condit. & demonstr. Pet. Heig. lib.* 1. *quæst.* 31 *n.* 3. & 4. quia argumentum à contractibus ad vltimas voluntates procedit, *d. l. iuri ciuili, ff. de condit. & demonstr. l. vlt. C. de leg. l. seruum filij*, §. *eum qui chirographum, de leg.* 3. *Eberhard. loco* 17. *à contract. ad vlt. volunt* Idem est, vbi in † relicto, nuptiarum causa exprimitur, *l. in testamento*, 31 *l. conditionem*, 91. *de condit. & demonstrat l. si dies*, 21 *quando dies leg. vel fideicommiß. ced. l. si Titio*, 22. *eod. l. hæc conditio*, 10. *l. cui fuerit*, 15 *de condit. & demonstr. l. penul. de opt. leg. l. cum testator*, *S. C. de testam. manumiß. l. sancimus.* 24. *C. de nupt.* vbi hoc amplius dicitur, non sufficere nubilem ætatẽ, nisi ipsa nuptiarũ accedat festiuitas. Ita vero hãc rationibus munitã sententiã sequũtur ex interpretibus nostris *Bart. in d.* §. *Titio genero, n.* 3. 4. *Bald. & Castr. ibid. Alex. & Iason in l.* 1. *C. de instit. & subst. & in l. si cui, l.* §. *hoc autem. de leg.* 1. *Bald. Nouell. de dote, parte* 6 *priu.* 50. 76. *Couar. in c. nos quidẽ, n.* 11 *ext. de test. Eman. Costa lib.* 2 *selectar. interp. c.* 22 *n* 1. *& seq. maxime n* 5. *Anton. Gomez. ad l. Faur.* 50. *n.* 29. *& comm. hanc sentent. refert Eman Soar. in thesaur. recep sent lit. D. n.* 313. *& probat præterea multa Francisc. Marc. decis.* 856 *& seq. parte* 1. *Ferdin. Vasqu. de succes. progres. lib.* 3. §. 29. *n* 1. *& seq. & n* 22. *Anton Gabriel. conclus. liber.* 6. *tit. de legit. conclus.* 1. *n.* 26 *Menoch. de præsumpt lib.* 4. *præsumptio*, 146. *n.* 1. *seq. Hieron. Gab. cõs.* 150. 259. 260

n. 1 & seq lib. 2.

261. Deinde etiam procedit obiectum argumentum, quando † pater simpliciter legat filiæ pro dote, & ipsi filiæ etiam reliquit legitimam. hoc enim casu pater non differt ab extraneo, respectu dotis, cum iam legitimam filiæ reliquerit, *ita docuit Bart. in d. §. Titio genero, n. 4. vers. si vero. quem secuti sunt Anch. in consil. 232. Ista omnia in princ & Socin. iun. consil. 134. n. 14 lib 1. Bald. consil. 248. quidam dicunt. lib. 4. Menoch. consil. 251. n 32. lib. 3.* Atque in his & similibus terminis leges & Doctores omnes, supra in contrarium allegati, intelligendi veniunt, prout ipsi allegatis locis sese declarant. At si legatum dotis simpliciter sit filiæ relictum, cui legitimam pater non reliquit, in hoc casu intelligitur esse purum, quia constat quod nuptijs etiam non contractis pater filiæ dotem, loco legitimæ, erat relicturus, *confer supra 4. decid. rat.* eam enim necessario filiæ, ne testamentum redderetur nullum, relinquere tenebatur, *confer supra 1. decid. rat. n. 66.*

Ex his etiam sua sponte corruit huius obiecti argumenti ratio, qua di-
272. citur, quod videlicet dos † sine matrimonio esse nequeat, *per l. 3. & l. si ego 9. in princ. l tali. 48. ff. de iure dot.* siquidem illa intelligenda venit, quo ad propriam formam & substantiam dotis, quæ habet etiam priuilegia dotis concessa, propter sobolem procreandam. *l. 1. cum materia, ff. solut. matrim.* sed quod ad effectum transmissionis, dos etiam ante contractum matrimonium suscipit naturam legitimæ, in cuius locum surrogatur, *Gail. 2. obs. 122. n. 13. confer supra 2 decid. rat* circa legitimam autem liberis non potest apponi aliquod grauamen, mora, vel conditio. *Schurff 2. consil. 28. n. 8.* quia eis iure naturæ debetur, *l. cum ratio, in princ. de bonis damnatorum l. scripta in fin. ff. vnde liber. Schurff 1. cons. 85. n. 1 Sich. ad l. 4. si pater, n. 6. & 8. C. de instit. substit. & restit. confer supra n. 70 & seqq.*

Hæc faciunt, vt etiam conclusio, *qua dicitur, quod legatum conditionale non transmittatur,* obiecti argumenti ad longum deducta, suam in nostro casu efficaciam omnimodo amittat: quod vt magis innotescat, ad eam specialiter, licet superuacuum sit, Respondeo: distinguendo conditionum speci-
263. es, scilicet conditionem † aliam esse casualem, aliam potestatiuam, aliam mixtam, *l. vlt. C. de necess. seru. hered. instit. & in l. vnic §. sin autem, C. de cad. tollend. & Bart explicat in l. 1. per tot. de instit. & substit. & ibi Bald. n. 11. & Salic. & alij in l. si pater. in princ. eod. Meno. h. 4. præs 183. n. 2. & seqq vbi harum specierum definitiones tradit & explicat.* Posteriores duæ species nempe Conditio Potestatiua, *prout eleg probat Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. n. 14. & 25.* & Mixta, habentur pro impletis, nisi steterit per honoratum quo minus impleantur, *quod similiter in hac specie optime tradit Mantica prædict. tit. 16. n. 20. & 22. & tradit Sichard. in l. quamuis n. 1. C. de legat. confer eundem in l. cum anum*

4. &

4. & 5. C. de instit. subst. & restit. & Vigel. lib. 4. M. I. Contr. cap. 10 reg. 40 Except. 9 n. 20. fol. mihi 838. In conditione vero casuali, solus euentus inspicitur: & ob id quocunque modo deficiat, legatum intercidit, *l. vnic. §. sin autem aliquid sub cond. t. C. de cad. tollend Bart. in l 1 opposit. C. de instit. & substit. vbi Bald in 10. Salic. col. 1. Alex. n. 7. Iaf n. 9. Paul Castr. in consil. 136 visis & considerratis, col. 1 vers & constat, & n 2. vers & ideo sicut in condit vol. 1. Socin. in l. in testamento, col. 2. n 4. ff. de condit & demonstr Dec. consil. 620. n 2. incip. Casus de quo quaeritur. Gail 2 obs. 144 n. 11. in princ.* Sed hanc conditionis speciem, vt nec alias praedictas, in nostro casu locum habere, in rationibus decidendi satis euictum esse putamus. Et licet maxime sub hac conditione casuali legatum filiae relictum fuisset, tamen obiecta conclusio in nostris terminis nil obtineret, tam quia in terminis Legati relicti ab extraneo, vel à patre qui filiae legitimam reliquit, intelligenda est, *prout modo n. 259. & seqq. demonstratum fuit:* tum etiam quia conclusio illa, qua dicitur Quod legatum Conditionale non transmittatur, multis modis pro nostro casu limitatur, *vt videre licet in postrema decid rat. n. 241. & seqq.*

Ad SECVNDAM DVBITANDI RATIONEM, nempe quod legatum hoc nostrum in diem relictum sit incertum, qui in testamento facit Conditionem, R. Primo, illam alienam esse à nostro casu, cum in illo saltem legato procedat quod extraneus quispiam, aut pater filiae, cui legitima fuit assignata, reliquit: Et nostrum legatum nullam conditionem admittat, *prout iam saepius dictum, & n. 70. latius probatum fuit.*

Secundo, Respondeo, distinguendo inter diem incertum † omni certitudine, an sc. & quando: Et inter diem qui non est incertus omni certitudine. Priori casu idem est dicendum, quod de legato vel fideicommisso relicto sub conditione: cum dies omnino incertus sit idem, quod ipsa conditio, *l. talis scriptura §. sed et si sub conditione. ff. de leg 1. d. l. ex his, C. quando dies leg. ced. & l. cum testator. C de manumiss. testam. & in specie scripserunt Ferrariensis in forma libelli, pro legato rei singularis, in gloss. 1. n 10. vers secundo casu. Castrens. in l. vnic. in princ. n. 7. vers. item quod dixi, C. de cad. tollend. Fulgos. cons. 70. col. 1. Socin. sen. in l. 1. n. 4. C. de cond. & demonstr. Corne. ind. l. ex his, n. 6 vers 1. casu. Alex. in l. Seius Satur. col. 2. vers potest dubitari ff ad Trebell.* quae licet omnino sit extitura, si tamen incertum sit, an debeat impleri viuo legatario, non cedit nisi ab euentu conditioni, *l. huiusmodi, ff quando dies leg. ced.* si vero certum sit eam viuente legatario debere impleri, tunc purum censetur legatum, & ad heredes transmittitur, *Bart. in l. vnic. § 1. n. 3 oppo & n. 1. de caduc. tollend. & probatur in l. heres meus 79 ff de condit. & demonstr. & l, si cum heres, §. 1. si vero, ff. quando dies leg. ced.* Exempli gratia, si extraneus quispiam, vel etiam testator noster, modo tamen iam ante filiae legitimam reliquisset, praestationi huius 264.

Rip.qu.53. Iason d. consil 133. n. 10. vol 4. Curt. iun d consil. 141. n. 10. ita vt ne hoc quidem casu iuramentum quidquam operetur. *Cyn. in d.l.2. qu. 6. quod pluribus dedu it Dec d. consil. 180. in fin. & Alciat. d. reg. 1. praesumpt. 42.* Cum autem hæc certioratio sit facti, in dubio mulier non præsumitur certiorata, *Abb. in cap. si diligenti de foro competent. num. 9. Aretin. Institut. de exceptio §. item si colum 14. vers circa hoc quaeritur. dicens ita tenere glo. & DD commun. in d.l fin ad Velleian Paul de Castro in d.l n. 5. Iason d. l. sciendum. post gloss. ibid. n. 31. Alber. in c. omnes. C. de haret. & in l. sed & si quis. §. quaesitum. n. 22. ff. si quis cautio. Capol. caut. 196. & 197 late Tiraqu in l si vnquam in praefat. n. 136. C. de reuocand. donat. & communem etiam affirmat Paul. in d. l. fin. n. 11. C. de iur. & facti ignor. post Aufer. Rip. & alios ibi citatos. Menoch. de praesumptio. lib. 3. praesumptio. 82. numero 7.*

234 Eodem modo non valet † renunciatio, si filia minis vel verberibus à patre ad renunciandum sit inducta, vel callida machinatione, & persuasione, quæ dolum contineret, *text. in l. 1. §. dolum ff de dolo malo. Castr late d. cons 174. vol. 4. incip. videtur in praemissis. Franc. in d. c. quamuis n 2 refert & sequitur Gail. 2. obs. 147. n. 15.* Hoc casu tamen sequens cautela pro filia, quæ inuite renunciat, obseruanda, vt sc. inprimis coram quibusdam, contestatione facta, iuret se propria sponte nunquam successioni paternæ renunciaturam: & si contingat eam in futurum renunciari, id se inuite facere, quo casu subsecuta renuntiatio non valebit, *per gloss. in c licet mulieres, de iureiur. in 6. in verbo compellendos. Imol. & Castr. in d c cum contingat, de iure iur. Bart. in l. si quis pro eo, n 9 ff de fideiuss. Alexand. in l. stipulatio hoc modo concepta, n 3 ff de verb. oblig Gail. d obs. 147. nu. 18.* prout etiam non valebit, si coram Notario

235 & testibus, inuite se renunciasse, protestetur. Protestatio † enim conseruat iura protestantis, & consensum eius ab actu remouet. *c. sollicitudinem. in fin. vbi gl. extr. de appellat. Innocent. in c. quaestione extr. eod. Burs. cons. 21 n. 30. cons 16 n. 56 & consil. 49. n. 19. Fulu. Pacian. 1. de probat. c. 11. n. 50. per c. vidua, extra. de R. I. & l. fideiussor. in princ. ff qui satisd. cogant. l. fin. §. item si praedixerit ff nau. caup. stabul l. at si quis, §. plerique. ff de religios. l. 4. §. 3. ff. quibus modis pignus vel hypot. solu. Wesenb. consil. 33. n. 45. & Decian. resp 72 nu. 38. vbi addit idem tradi per Bart. & omnes DD. in l. non solum, §. morte. ff. de nou. oper. nunc. & per omnes Canonistas in c. cum M. Ferrariens. de constitut.*

236 Renunciatio † verò viri aut melioris cum sit quid facti, *Ceph cons 607. n. 2. vol. 4. Myns. resp. 43. n. 58.* non præsumitur nisi probetur, *textus est expressus in c. supra hoc, de renunciat. & notat Bald in l. 1. not. vlt C. de edict. D Adr. toll Decian. cons. 100. n. 24. vol. 3. Cerbal. consil. 25. n. 49 vol. 1 & consil. 54. n. 39 vol 4 Crauet. consil. 200. n. 10 vol. 1. Wesenb. cons. 11. n. 34.* et quidem euidenter & per probationes arctiores, *vt scribit Cephal. consil. 84. in fin. vol. 1.* adeo vt ex actu

aliquo etiam proximo non inducatur. nisi de ea expresse agatur, *c. fane. & ibid. gloss. in verbo sustinere, in fin. de renunciat.* & quando alia coniectura sumi potest, illa potius, quam coniectura renunciationis sumenda est. *Cephal. consil. 25. n. 50. vol. 1. & cons. 434. n. 5. vol. 3.* Renuntiatio enim est † quædam donatio & dilapidatio, *l. contra. § si filius. de pact. Tiraquell. in d. l. si vnquam, in verb. donatione largitus. n. 173. & seq. & ibid. Ripa, quæst. 11. n. 20.* & qui renunciat alienare videtur, *l. fuit quæstionis, ff. de acquir. vel amitt. hered. cum alijs adductis à Rumo consil. 205. n. 5. vol. 1.* At vulgatum est, neminem præsumi iacta re suum, *l. cum debita. ff. de condict. indeb.* quæ præsumptio potissimum locum habet in fæminis, in quibus donatio non præsumitur. *Barba. consil. 16. col. vlt. lib. 1. Betr. 141. lib. 1. cum infinitis alijs alleg. ab Andr. Tiraquell. de leg. connub. §. 9. n. 4.* vtpote quæ ad auaritiæ vitium procliuissimæ esse solent, ita vt mulier † dicatur animal auarissimum, *secundum gloss. in l. Nescimus, ff. de negot. gest. & in l. si à sponso, C. de donat. ante nupt. & Ancharan in c. indemnitatis, in princ. in 4. notab. de elect. in 6. & Mascard. de probat. conclus. 150. n. 3. Tiraquell. alleg. tract. in 9. legem gloss. 1. p. 9. n. 3. Menoch. de præsumpt. liber. 3. præsumptio. 6. numero 9.* 237. 238.

Vnde si de renuntiatione facta instrumentum fortasse aliquod proferretur, tamen ne sic quidem præsumitur illam reuera factam, atque in id instrumentum faciendum consensum esse, cum non præsumatur consensus interuenisse, nisi de eo appareat, & quod fœmina sciuerit tractari de suo præiudicio, *Castr. consil. 202. n. 3. vol. 1. Ruin. cons. 26. n. 3. & cons. 217. n. 3. vol. 1. Gozadin. consil. 72. n. 22. Socin. iun. consil. 36. n. 3. vol. 1. & consil. 56. n. 74. vol. 2.* Fieri siquidem potest, vt de renunciatione facienda tractatum sit, sed illi non est consequens renuntiationem in forma debita factã esse, quia non sequitur hoc esse, quod ab hoc contingit abesse, *vulg. l. neque natales, C. de probat.* & multa sæpe tractantur quæ non perficiuntur, aut ad conclusionem veniunt, *Bald. in l. multum. n. 26. C. si quis alteri vel sibi,* ideoque conclusionem attendendam esse, quicquid ante dictum fuisset, *monet idem Bald. in l. si voluntate tua C. de rescind. vendit. & ib. d. l. D. cæteri. Innoc. in c. super literis, de rescript.*

Sed extra propositum hæc omnia in gratiam Nobilissimi cuiusdam fautoris & amici, longius quam putauit progressus sum. Nunc deinceps ad propositum.

DECIMASEPTIMA decidendi ratio est, quod omnium interpretum primariorum consensu & suffragio in eam sententiam itum sit, si testator filiæ, cui legitimam non reliquit, dotem legauerit, legatum istud non conditionale, sed purum censeri, *prout ex 1. 2. 3. 4. & seqq. decidendi rationibus videre est.* Et hæc quidem sententia procedit, etiamsi maxima pars interpre-

tum contrarium statuerit. Idque probatur ex eo quod expediti Iuris sit etiam † opinionem doctorum & interpretationem præferendam esse quæ benignior est & ad ius commune propius accedit. *l. benignius, ff. de legib. l. semper in dubijs, & l. capienda, ff de R. I. l. placuit. C. de iudic. l. si fuerit. in fine C de reb. dub. Nicont. post multos alios D D. in rubr. ff. solut. matrim. n. 79. Crauet. consil. 942. n. 28. Corset. in singularib in verbo, opinio, Bursat. consil. 176. n. 23. & 24. Menoch. de arbit. iud. qu. cas. 199. n. 6. 8. & seq. cent. 2. Cacheran. decis. 169. n 6. Mynsi. 2. obs. 10. n. 12. confer allegata supra n. 120. & 192* At illa opinio, qua legatum hoc nostrum purum, & ad hæredes eiusdem legatariæ transmitti dicitur, benignior est & ad ius commune propius accedit, *sicuti ex hactenus vsque prolatis constat.* Ergo omnibus alijs contrarijs opinionibus anteferenda.

239

240 Huc facit quod interpretatio † in quolibet actu fieri debeat, vt æqualitas conseruetur, *l. quæsitum, §. sed ipse Papinianus ff. de fund. instruct Bald. in l. filiæ. in 7. opposit C. famil. ercis. Crauetta consil. 133. n. 7. confer. infra n 147 & seq.* & vtrique partium consulatur, *arg. l. adoptiuus. §. 1. ff. de ritu nupt. Bald. in l. bonorum, qu 3. C. qui admitti. Afflict. decis. 273. in fin. secutus est Crauetta consil. 201. n. 16 & consil. 30. n 4. Paul. de Castro consil. 179. col. 5. circa med. lib. 1. Bursat consil. 176. n. 26. lib. 2. Menoch de arbit. iud. qu. lib. 2. cent. 2. cas. 199 n. 14.* Nam ea quæ communiter omnibus prosunt, his quæ specialiter quibusdam sunt vtilia, sunt anteponenda. *Guid Pap. decis. 96. circa fin.* Iam vero in proposita facti specie inæqualitas tollitur, & vtrique parti consulitur, si non minus reliqui fratres & sorores, quam hæres, ad prædefunctæ sororis legatã dotẽ admitãtur.

VLTIMAM decidendi rationem constituo, si vel maxime verum & certum esse supponamus, legatum hoc nostrum non purum sed conditionale esse, nihilominus tamen ad hæredes legatariæ, contra conclusionem, qua dicitur legatum conditionale non transmitti ad heredes, transmitteretur.

241. Primo, quia illa conclusio non procedit in legitima, in † qua fit transmissio ad heredes quoscunque, etiamsi filius vel filia decedat pendente conditione, *prout tradit Salyc. in l. vnic. in fin. vers. quaro decimo, de his qui ante apert. tab. saluat gloss in l. is cui. ff. de act. & obl. referente Gabriel. lib. 4. comm. conclus. de hered. instit. conclus. 2. n. 13* In legitima † enim non potest apponi grauamen, sed appositum reijcitur, *l. quoniam in prioribus C. de inoffic. testam. Menoch. 4. præsump. 72 n. 2. Vigel M I. Controuers. lib. 4. cap. 8. reg 24. Except. 21. replic. §. fol. mihi, 629. in fin & cap. 10. reg 42. Except. 6. d lib. Gail. 2. obs 116 n. 3. & 119. n. 12. 3. & 120. n. 12.*

242. etiamsi conditio sit potestatiua & facilis, puta si voluerit, *vt tenet Bald in d. l. quoniam in prior. in 1. col. in fin. & Salycet. in 2. col. & ibi Paul. de Castro in princ. in 2. col. & Iason in 1. ampliat idem tenens Imol. in l. iam debitori, col. pen ff de hered instit. & in l. fin col 7 ff de condit. & instit. & Chassan. in cons Burg. fol. 244. col. 3.* Testator autem filiæ defunctæ dotem loco legitimæ reliquit, *prout supra 1. & 3. dec. rat.*

satis

fatis euictum fuit. Ergo ad heredes Legatum hoc nostrum transmittitur licet conditionale fuisset.

Secundo, Conclusio illa non procedit, quando † testator voluit prouidere conseruationi agnationis, quia hoc in casu similiter transmittitur legatũ conditionale, etiã cum pendente conditione honoratus decesserit. *ita Curt. Sen. in consil. 76. col. 2. vers. præmissis tamen. Dec. consil. 574. col. 2. vers. subijcit tamen Socin. Iason in consil. 233. col. 6. vers. 3. accedat. vol. 5. & consil. 154. col. 2. in fin. vers. primo quia. & col. seq. vers. & ita in specie. vol. 4. Paris. cons. 65. n. 77. vers. de coniectura. vol. 3. & nu. 46. vers. etsi testator. Ruin. consil. 156 col. 1. vers. & quando subsit. & col. 3. vers. nec obstat. vol. 2. Paris. consil. 5. n. 18. vers. in qua diffic. consid. vol. 3. Grat. cons. 101. n. 2. vers. maturius. vero. vol. 2.* Atqui in nostro casu testator conseruationi agnationis prouidere voluit. *prout supra 11. decid. rat. latius deductũ fuit* Ergo, &c. 243.

Tertio, quando † testator tempus solutionis potius legatarij causa prorogare, quàm conditionem legato adijcere voluit, hoc casu legatum etiã conditionale transmittitur, *testante Vigel M 1. contr. lib. 4. c. 9. reg 14. Except. 47. replica 2. n. 20.* Atqui nostro casu id testator facere voluit, *prout ex superioribus rat. 1. decid. circa fin. adductis patebit.* Ergo. 244.

Quarto, quando † quis parere conditioni non potest, conditio defecisse non dic tur, *text. in l. qua sub cond. §. quoties ff de condit. instit & ex isto textu videtur cõprobari gloss. fin. in l. pen. C. de cond. ob caus. quã seq. Andr. Poma in vlt. addit. ad Bart. in l pecuniam, vers. quinto fallit. ff de condit. caus. dat. Cather. decis. Pedemont. 98. n. 4.* sed eo casu pro completa habetur, *l. 1. cum auum. C de instit. subst. & restit.* in vltimis enim voluntatibus paria sunt, conditionem vere impletã esse vel ficte, id est si per alium stet quominus possit impleri *Suchard ad d. l cum auum n 1.* Atqui nostro casu per defunctam non stetit, quo minus conditionem, *si modo conditio fuisset*, impleret; sine dubio enim honestũ non recusasset procum, si modo dignus quispiã tali Lesbia, debito more se præsentasset. Quare licet hoc nostrum Legatum esset conditionale, tamen de iure ac æquitate transferendum esset. 245.

Quinto, non procedit dicta regula, si testator fuisset Legatum relicturus, etiam deficiente conditione mere casuali, *ita sentit gloss in l 1. de instit & subst. t & ibi Paul. de Castro, & sequitur Socin. in testam. 2. n. 4. in fin de condit. & demonstr. vt refert & seq Mantica, de coniect. vlt. vol lib. 11. tit. 16 n. 19 in fin.* vel quando † coniecturis & præsumptionibus colligitur, testatorem voluisse fideicomissum vel legatũ conditionale trãsmitti debere ad hæredes ipsius legatarij vel fideicõmissarij, *ita Bald in l. hered. mei, §. cũ ita, n 12. ad Trebell & in l. vnic. n. 10 C. de ijs qui ante apert. tab. Alex. cons. 93. n 16 lib. 3. Crotus in l. 1. n. 58 & n. 75. de leg. 1. Socin. in consil. 6. n. 12. lib. 3. Socin. iun. consil. 141. num. 22. libro 1. Curtius* 246

Sen-

Sen. consil. 70. Curt. iun. in consil. 16. n. 6. & consil. 69. n. 1. & consil. 111. n. 15. Iason in consil. 233. col. 1. lib. 2 Berous consil. 104. n. 16. lib. 2. Natta in consil. 151. n. 20. lib. 4. Vigel. lib. 4. M. I. contr. c. 10. reg. 42. except. 19 n. 30. adde eundem M. I. ciuil. parte 4. lib. 14. cap. 2. & 3. & ita singulariter l. mutat Gail. obs. 132. n. & Greue 2. pract. conclus. 132. n. 8. Ratio huius est, quia testatori sua voluntate efficere potest

247. vt transmissibile non transmittatur, *text in l. in conditionibus primum locum, §. hac scriptura, ff. de condit. & demonstr. Gail. d. obs. 132. n. 8.* & non transmissibile transmitatur, *l. vnic. C. vt actio ab herede & cont. heredes & tradunt Bald. in l. si pater qu. 4. C. de instit. & substit. Crot. in l. si is qui pro emptore, n. 147. ff. de vsucap. & ibid. Iason. n. 145. & Decian. in consil. 139. n. 37. lib. 4. praesumpt. 201. n. 79. in fin.*

248. vnde etiam ad extraneos † conditionale legatum transmittitur, coniecturis ex testatoris dispositione id suadentibus, *Menoch. de arbit. iud. casu 165 n. 2. idem consil. 793. sub n. 9. & consil. 900 n. 13. Franc. Bursat. consil. 261. n. 13. Ioseph. Lond. decis. Perus. 10. atque ita iudicauit Senatus Sabaud. prout ex cod. Fab. refert & sequitur Greue d. conclus. 132. n. 12. confer supra n. 59. & 60.* Non est autem necessarium, quod verba proprie vel improprie deseruiant, vt legatum conditionale transmittatur, sed sufficit † quod coniecturae ex ipso testamento col-

249. ligi possint, *vt sentit Bald. in l. vnic. n. 10. ff. qui ante aper. tab. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 20 n. 27.* Imo, etiam extra testamentum desumi efficaciter posse, auctoritate Parisij *Soc. iun. Curt. & Zanchi* nuncupatim respondet *Francisc. Bursat. consil. 261. sub n. 14. vers. etsi ex ipso testamento. confer. supra n. 58.* In vltimis enim voluntatibus † sufficit etiam voluntas testatoris tacita, quę

250. ex verisimilibus coniecturis colligitur, *per l. licet Imperator. ff. de leg. 1. Bart. ibid. n. 2. text. in l. cum auus ff. de condit. & demonstr. & in l. cum acutissimi, C. de fideicomm. & in l. generaliter in fin. C. de instit. & subst. t. Gail. 2. obs. 132. n. 7.* eaque magis, quam verba attendi debet *quod multis probat Gail. 2. obs. 135. n. 5. & sequitur Vigel. lib. 4. M. I. Controuers. c. 9. reg. 117.* cum praeferatur propriae verborum significationi, *l. non aliter, ff. de leg. 3. l. si quis de leg. 1. l. Labeo, ff. de suppel. lect. leg. Paris. consil. 41. n. 15. & cons. 52. n. 6. & consil. 78. num. 6 lib. 2. Curt. iun. consil. 57. n. 6. Socin. iun. consil. 19. n. 10. lib. 3.* vnde in † conditionibus primum

251. tenet locum, & regit conditiones, *l. in conditionibus primum locum, in princ. ff. de condit. & demonstr. Bart. ibid. in l. auia. §. vlt.* adeo vt si quaeratur de implemento conditionis, voluntas magis, quam verborum figura seu proprietas spectanda sit, *l. pater Seuerinam, in princ. l. heredes mei, §. cum ita. ff. ad Trebell. l. 3. de instit. & substit. Corn. consil. 124. n. 6. & sequent. vol. 2.* Et propter mentem testatoris non veniente etiam conditione quandoque relictum debeatur, *gl. in l. 1. de instit. & substit. per l. talem in princ. ff. de hered. instit. Alciat in consil. 62. n. 9. lib. 9 & consil. 88. n. 6. eod. lib* & vt dictum est, transmittatur. ideoque

252. licet regulariter sit conditionem † voluntariam, impleri debere in forma speci-

specificâ, *l qui heredi, in princ. & l. Meuius, de condit. & dem. & late Decius in consil. 89. n. 3. Rol. à vall. consil. 16. n. 22. & 23. vol. 3. vbi dicit communem*: tamen hoc intelligendum est, si quidem ipse testator considerauit modum & formam, aliud enim est si respexit effectum, qui sequitur ex implemento, quia tunc sufficit quod ille effectus, non considerata ipsa forma, sequatur, *l. si mater, de instit. & substit. l. mulier, in princ. ff ad Trebell. l fideicommissa, §. si cui, de leg. 3. l. si ita ff. quando dies leg. ced. & hoc. Bart. sensit in l. Gallus, §. & quid si tantum, n. 3. de lib. & posth.*

Sed ex huc vsque productis coniecturis & rationibus, satis superque constat, voluntatem testatoris fuisse, vt hoc legatum nostrum transmittatur, itaque licet esset Conditionale, quod nullatenus admittimus, tamen ad heredes etiam extraneos, per dictas rationes transmitteretur.

Sexto, dicta Regula; qua dicitur, quod legatum † Conditionale non transmittatur, non procedit, quando alias resultaret magna inæqualitas inter descendentes testatoris, & testator ipse iam dixisset se testari, ne aliqua discordia oriatur inter suos descendentes: Nam hoc sane casu locum esse transmissioni responderunt Socin. iun. *in consil. 63. n. 64. vers. 2. lib. 4. & Rum. consil. 145. n. 6. & vers. & primo, & in consil. 178. n. 6. lib. 2.* respondit, testatorem voluisse locum esse transmissioni ob æqualitatem seruandam inter æquales gradu, *idem affirmarunt Zanch. in d. §. cum ita, in 4. parte, n. 384. Rota Romana in decis. 782. in fin. in 1. parte. refert & sequitur Menoch. 4. præsumpt. 201. n. 110. quod & supra n. 156. latius deductum fuit.* plures huius conclusionis fallentias, vide apud Menoch. *Gabriel. Vgel allegatis locis. quibus adde Accursium in l. vnica, §. sin autem aliquid, in verbo, conditio, C. de caduc. tollend. & ibid. DD. referente Gail. d. obs. 132. in fin.* 253.

Atqui magna inæqualitas inter descendentes nostri testatoris resultaret, si superstites fratres & sorores defunctæ sorori in legata dote succedere prohiberentur, *confer supra 15. & 10 decid. rat.* adhæc, ne aliqua discordia inter filios oriretur testatum esse, *in 9. decid. rat. n. 142. in fine*, demonstratum fuit. Per prædictas itaque rationes, quarum vel vna ad legatum conditionale transmittendum sufficeret; concludendum venit, hoc nostrum legatum dotis, de iure & æquitate, ad prædefunctę sororis fratres & sorores omnes æqualiter, etiamsi conditionale, *quod tamen nequaquam per supra dictas rationes conceditur*, esset, transmitti debere. 254.

Verum, cum non conditionale, sed omnino simplex & purum sit, *pro ut hactenus vsque satis superque euictum est*, insuper etiam legataria † post aditam ab hærede hereditatem decesserit, nulla de transmissione dubitatio exoriri potest, *text. in l. 1. §. in nouissimo. C. de caduc. tollend. vbi Castrens. in princ.* 255.

n. 7. l. si post diem in prin. ff. quando dies leg. ced. idem affirmarunt Ferrariens. in forma libell: pro legato rei sing. in gl. 1. n. 10. Capra in consil 64. in secundo dubio, & in consil. 66. in fin. Iason in l. si infanti, col. penult. C. de iure delib. Ripa in l. heredes mei, §. cum ita numero 57. ff. ad Trebell. Socin. sen. in l. cum filio famil. numero 32. vbi Alciat. numero 25. vers. quintus est, de leg. 1. Socin. iun. in d. §. cum ita numero 129. & ibidem. Bolognet. numero 36. & Zanchus in 4. parte, numero 27. & 29. tum, quia cum heres adeundo hereditatem videatur cum legatarijs contrahere, *l. 3. in fin. ff. ex quib. caus. in possess. eatur.* & ob id ipsis legatarijs actio incipiat ex testamento competere, qua contra heredem experiatur, vt restituat, *l. 1. C. Commun. de leg. & tradit. Bart. in l. si legatum, in princ. ff. ad Trebell.* apparet, iam ius aliquod esse ipsis legatarijs acquisitum, nempe actionem, quam ad suos

255. heredes transmittunt, *l. 1. C. de hered. act.* tum, quia in puro legato † dies statim cedit à morte testatoris *d. l. vnic. §. sin autem aliquid. C. de cad. tollend. Bald. ibid. in pr. & DD comm. gloss communiter approbata in l. vnic. C. de his qui ante apert. tab. in verb. derelictis text. & gloss. in l. heredes mei, §. cum ita ff. ad Sc. Trebell. in verbo fin. DD. comm. ibid Bart. in l. cum filiofam. n. 12. ff. de legat. 1. Alex. ibid n. 7 per illum text. Paris. consil. 30. n. 67 part. 2. incip. dubitatur. vbi communem dicit. Bald. consil. 115. per tot. vol 5. incip. super isto. Idem consil. 146. numero 1. eodem vol. Natta consil. 372. numero 9. vol. 2. incip. iam dudum scripseram. Bald. in l si in persona, C. de fideicom-*

256. *miss. Gail d. obs. 132. n. 2.* & dominium † rei legatæ statim à die mortis testatoris in ipsum legatarium recta via transit, *l. à Titio, ff. de furt. l. si alienus. ff. de noxal. act. & leg peculium, §. sed & creditor ff. de pecul. l. si tibi homo, §. cum seruus, ff. de legat. 1. & gloss. ibidem, in verbo; adita. & latiss. tradit Duen. in reg 210. Gail. 2. obs. 152. n. 5.* Dominium autem est ius quo res proprietate est nostra, *Caius 2. instit. 1. §. 1. l. si tibi fundi, 17. ff. ad l. Aquil. l. si ita, 16. §. 1. de vsu & habit. Vult. 1. I. Romana cap 68. n. 2. confer Gœd. ad l. 25. ff. de V. S. n. 7. vbi diss. omnes in tradenda Dominij definitione refellit.*

Quæ omnia cum de legato extraneæ personæ relicto intelligantur, quanto magis de nostro legato dotis procedent, quæ semper, *vti ex 1. 2. 3 4. & seqq. decidendi rationibus constabit,* pure relinqui debet, prout & noster testator eam relinquere voluisse, ex prædictis fundamentis constat.

Atque hæc sunt, quæ vices fratrum & sororum prædefunctæ sororis egregie defendunt: plura profecto eiusmodi generis, ex ipsius paternæ dispositionis ordine, in medium produci potuissent argumenta, si saltem

257. nobis eiusmodi copia data fuisset. Constat enim tum ex præcedentibus † tum vero etiam ex sequentibus scripturis & alijs actibus, mentem & voluntatem testatoris declarari, *l. heredes palam, §. sed etsi notam ff. de testam. l. si seruus plurium, §. vlt. & l. qui filiabus in princ. ff. de leg. 1. Iohann. Crot. in l. 12. ff de acquir. possess. Anton. Rub. in l. pen. §. ad crimen. n. 171. ff. de public. iudic. Mascard. de probat. conclus. 1415. n. 26. confer Eberhard. loco 1. ab ordine, n. 7. Manticam de coniect.*

vlt. volunt. tit. 13. n. 1. Cacheran. decis Pedemont. 167. n. 8. & 11. At præcedentia
argumenta æquo iudici ad propoſitum caſum de iure & æquitate deci-
dendum ſufficient.

Supereſt nunc vt ad contraria reſpondeamus: Nam obiectis † non re- 283.
ſpondere eſt animi elati, aut ignorantiæ tenebris inuoluti, *Ang. in conſil. 11. n.
7. verſ. reſtat. Bonon. inter conſil. Curt. ſen. conſil. 50. n. 7. & Rol. Val. in conſil. 60.
n. 31. vol. 1 Mantica de coniect. vlt. volunt. lib 8. tit. 18. n. 21.* Nec ſatis eſt verum
dicere, ſed ſimul contraria refutare & falſitatis cauſam aſſignare oportet,
quod multis probat Haprecht. Inſtit. de rerum diuiſ. in princ. n. 111. qua ad veritatem
eliciendam nulla via certior eſt, *Dauth. in prolegom. tract. de teſtamentis.*

Quod igitur PRIMVM ARGVMENTVM, ſuperius in contrarium
allatum, concernit, videlicet legatum dotis habere tacitam conditi-
onem nuptiarum, Reſpondeo, id quidem verũ eſſe in ſuis terminis & pro-
cedere. Primo, quando Legatum dotis † relictum eſt certæ perſonæ ab ex-
traneo, qui non tenetur legitimam relinquere, tunc enim intelligitur ta- 259.
citam habere conditionem nuptiarum. tum quia pendet ex futuro euentu,
hoc eſt ex matrimonio contrahendo, *d. l. Titio centum, §. Titio genero, de cond.
& demonſt. l. ſtipulationem, l. promittendo ff. de iur. dot. & d. l. item quia, §. 1. ff. de
pact.* tum etiam quia ſtipulatio dotis, tacitam habet conditionem nuptia-
rum, *d. l. ſtipulationem, l. promittendo, l. plerumque, §. ſi ante nupt. ff. de iure dot. &
& d. l. item quia, §. 1. ff. de pact.* quod autem dicitur de ſtipulatione, id de le-
gato etiam intelligendum venit, *l. ſi diuortio 21. de verb. oblig Bart. in l. iure ciui-
li, de condit. & demonſtr. Pet. Heig. lib. 1. queſt. 31 n. 3. &* 4. quia argumentum à
contractibus ad vltimas voluntates procedit, *d. l. iuri ciuili, ff. de condit. & de-
monſtr. l. vlt. C. de leg. l. ſeruum filij, §. eum qui chirographum, de leg. 3. Eberhard. lo-
co 17. à contract. ad vlt. volunt* Idem eſt, vbi in † relicto, nuptiarum cauſa expri- 260
mitur, *l. in teſtamento, 31 l. conditionem, 91. de condit. & demonſtrat l. ſi dies, 21 quan
do dies leg. vel fideicommiß. ced. l. ſi Titio, 22. eod. l. hac conditio, 10. l. cui fuerit, 15
de condit. & demonſtr. l. penul. de opt. leg. l. cum teſtator. S.C. de teſtam. manumiß. l.
ſancimus. 24. C. de nupt.* vbi hoc amplius dicitur, non ſufficere nubilem
ætatẽ, niſi ipſa nuptiarũ accedat feſtiuitas. Ita vero hãc rationibus munitã
ſententiã ſequũtur ex interpretibus noſtris *Bart. in d. §. Titio genero, n. 3. 4. Bald.
& Caſtr. ibid. Alex. & Iaſon in l. 1. C. de inſtit. & ſubſt. & in l. ſi cui, 1. §. hoc autem. de leg.
1. Bald. Nouell. de dote, parte 6 priu. 50. 76. Couar. in c. nos quidẽ, n. 11 ext. de teſt. Eman.
Coſta lib. 2 ſelectar. interp. c. 22 n 1. & ſeq. maxime n 5. Anton. Gomez. ad l. Faur. 50. n.
29. & comm. hanc ſentent. refert Eman Soar. in theſaur. recep ſent lit. D. n. 3; 3. & probat
præterea multa Franciſc. Marc. deciſ 856 & ſeq. parte 1. Ferd. n. Vaſqu. de ſucceſ. progreſ.
lib. 3. §. 29. n 1. & ſeq. & n 22. Anton Gabriel. concluſ. liber. 6. tit. de legit. con-
cluſ. 1. n. 26 Menoch. de præſumpt lib. 4. præſumptio, 146. n. 1. ſeq. Hieron. Gab. cõſ. 150.*

n. 1 & seq lib. 2.

261. Deinde etiam procedit obiectum argumentum, quando † pater simpliciter legat filiæ pro dote, & ipsi filiæ etiam reliquit legitimam hoc enim casu pater non differt ab extraneo, respectu dotis, cum iam legitimam filiæ reliquerit, *ita docuit Bart. in d. §. Titio genero, n. 4. vers. si vero. quem secuti sunt Anch. in consil. 232. Ista omnia in princ. & Socin. iun. consil. 134. n. 14 lib 1. Bald. consil. 248. quidam dicunt. lib. 4. Menoch. consil. 251. n. 32. lib. 3.* Atque in his & similibus terminis leges & Doctores omnes, supra in contrarium allegati, intelligendi veniunt, prout ipsi allegatis locis sese declarant. At si legatum dotis simpliciter sit filiæ relictum, cui legitimam pater non reliquit, in hoc casu intelligitur esse purum, quia constat quod nuptijs etiam non contractis pater filiæ dotem, loco legitimæ, erat relicturus, *confer supra 4. decid. rat.* eam enim necessario filiæ, ne testamentum redderetur nullum, relinquere tenebatur, *confer supra 1. decid. rat. n. 66.*

Ex his etiam sua sponte corruit huius obiecti argumenti ratio, qua dicitur, quod videlicet dos † sine matrimonio esse nequeat, *per l. 3. & l. si ego 9. in princ. l. tali. 48. ff. de iure dot.* siquidem illa intelligenda venit, quo ad propriam formam & substantiam dotis, quæ habet etiam priuilegia dotis concessa, propter sobolem procreandam *l. 1 cum materia. ff. solut. matrim.* sed quod ad effectum transmissionis, dos etiam ante contractum matrimonium suscipit naturam legitimæ, in cuius locum surrogatur, *Gail. 2. obs. 122. n. 13. confer supra 2 decid. rat* circa legitimam autem liberis non potest apponi aliquod grauamen, mora, vel conditio. *Schurff 2. consil. 28. n. 8.* quia eis iure naturæ debetur, *l. cum ratio, in princ. de bonis damnatorum l. scripta in fin. ff. vnde liber. Schurff 1. consil. 85. n. 1 Sich. ad l. 4. si pater, n. 6. & 8. C. de instit. subst. & restit. confer supra n. 70 & seqq.*

272. Hæc faciunt, vt etiam conclusio, *qua dicitur, quod legatum conditionale non transmittatur*, obiecti argumenti ad longum deducta, suam in nostro casu efficaciam omnimodo amittat: quod vt magis innotescat, ad eam specialiter, licet superuacuum sit, Respondeo: distinguendo conditionum species, scilicet conditionem † aliam esse casualem, aliam potestatiuam, aliam

263. mixtam, *l. vlt. C. de necess. seru. hered. instit. & in l. vnic §. fin. autem, C. de cad. tollend. & Bart explicat in l. 1. per tot. de instit. & subst. & ibi Bald. n. 11. & Salic. & alij in l. si pater. in princ. eod. Menoch. 4. præs. 183. n. 2. & seqq vbi harum specierum definitiones tradit & explicat.* Posteriores duæ species nempe Conditio Potestatiua, *prout eleg probat Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 11. tit. 16. n. 14. & 25.* & Mixta, habentur pro impletis, nisi steterit per honoratum quo minus impleantur, *quod similiter in hac specie optime tradit Mantica prædict. tit. 16. n. 20. & 22. & tradit Sichard. in l. quamuis n. 1. C. de legat. confer eundem in l. cum auum, 4. & 5.*

4. & 5. C. de instit. subst. & restit. & Vigel. lib. 4. M. I. Contr. cap. 10 reg. 40 Except. 9 n. 20. fol. mihi 898. In conditione vero casuali, solus euentus inspicitur: & ob id quocunque modo deficiat, legatum intercidit, *l. vnic. §. sin autem aliquid sub cond't. C. de cad. tollend. Bart. in l 1 opposit. C. de instit. & substit. vbi Bald in 10. Salic. col. 1. Alex. n. 7. Ias n. 9. Paul Castr. in consil. 136. visis & consideratis, col. 1 vers. & constat, & n 2. vers. & ideo sicut in condit vol. 1. Socin. in l. in testamento, col. 2. n 4. ff. de condit & demonstr Dec. consil. 620. n 2. incip. Casus de quo quaeritur. Gail 2 obs. 144 n. 11. in princ.* Sed hanc conditionis speciem, vt nec alias praedictas, in nostro casu locum habere, in rationibus decidendi satis euictum esse putamus. Et licet maxime sub hac conditione casuali legatum filiae relictum fuisset, tamen obiecta conclusio in nostris terminis nil obtineret, tam quia in terminis Legati relicti ab extraneo, vel à patre qui filiae legitimam reliquit, intelligenda est, *prout modo n. 259. & seqq. demonstratum fuit*: tum etiam quia conclusio illa, qua dicitur Quod legatum Conditionale non transmittatur, multis modis pro nostro casu limitatur, *vt videre licet in postrema decid rat. n. 241. & seqq.*

Ad Secundam Dubitandi Rationem, nempe quod legatum hoc nostrum in diem relictum sit incertum, qui in testamento facit Conditionem, R. Primo, illam alienam esse à nostro casu, cum in illo saltem legato procedat quod extraneus quispiam, aut pater filiae, cui legitima fuit assignata, reliquit: Et nostrum legatum nullam conditionem admittat, *prout iam saepius dictum, & n. 70. latius probatum fuit.*

Secundo, Respondeo, distinguendo inter diem incertum † omni certitudine, an sc. & quando: Et inter diem qui non est incertus omni certitudine. Priori casu idem est dicendum, quod de legato vel fideicommisso relicto sub conditione: cum dies omnino incertus sit idem, quod ipsa conditio, *l. talis scriptura §. sed et si sub conditione. ff. de leg 1. d. l. ex his, C. quando dies leg ced. & l. cum testator, C de manumiss. testam. & in specie scripserunt Ferrariensis in forma libelli, pro legato rei singularis, in gloss. 1. n 10. vers. secundo casu. Castrens. in l. vnic. in princ. n. 7. vers. item quod dixi, C. de cad. tollend. Fulgos. cons. 70. col. 1. Socin sen. in l. 1. n. 4. C. de cond. & demonstr. Corne. in d. l. ex his, n. 6 vers 1. casu. Alex. in l. Seius Satur. col. 2. vers. potest dubitari ff ad Trebell.* quae licet omnino sit extitura, si tamen incertum sit, an debeat impleri viuo legatario, non cedit nisi ab euentu conditioni, *l. huiusmodi, ff. quando dies leg. ced.* si vero certum sit eam viuente legatario debere impleri, tunc purum censetur legatum, & ad heredes transmittitur, *Bart. in l. vnic. § 1. n. 3 oppo & n. 1. de caduc. tollend. & probatur in l. heres meus 79 ff de condit. & demonstr. & l. si cum heres, §. 1. si vero, ff. quando dies leg. ced.* Exempli gratia, si extraneus quispiam, vel etiam testator noster, modo tamen iam ante filiae legitimam reliquisset, praestationi huius

nostri legati adiecisset saltem tempus nuptiarum, siue solutionem distulisset in diem non omnino venturum: *veluti si simpliciter dixisset;cum nupserit*: legatum iam non transmitteretur ad hæredes defunctæ sororis, licet tale legatum sit purum. *Ang. in l. Seius Saturnius. n. 2. ff. ad Trebell. per l. cum testator. C. de testam. manumiss & ita se ex facto consultum dicit respondisse ex mente Cyni, in l. ex his. C. quando dies leg. ced. Mantica lib 1. de coniect. vlt. volunt. tit 18. n. 20. & hanc opinionem Alexand. etiam sequitur in d. l. Seius Saturnius, numero 2. & Gualderus in tit. de legat. caut. 54. num. 2.* quia hoc tempus est incertum, & quia potuisset contigisse, quod si vixisset etiam centum annis non nupsisset, & consequenter hæc conditio non fuisset omnino extitura, *Alexand. d num. 2. ad Trebell.* Et hæc est ratio cur dies incertus in testamento faciat aliquando conditionem, siue adijciatur substantiæ, siue executioni legati. Quia vero testator noster præstationi legati, præter tempus nuptiarum, etiam certum ætatis tempus adiecit, atque ita solutionem siue legati executionem distulit vsq; ad tempus quod omnino nō incertum, sed futurum fuisset, si legataria rebus humanis subtracta non fuisset, legatum hoc conditionale non erit, nec tempus transmissionem impediet, *vt in l. ex his, C. quando dies leg. ced. & ibi eleg. Godfred. & tradunt DD. in l. si cui, 1. & Socin. sen in l. Publius, §. Titio. de condit. & demonst.* cum dies hoc casu statim cedat quo ad transmissionem, etsi non quo ad petitionem. *l. Sempronius Attalus. ff. de vsufr. leg. d. l. 5. ex his. & l. si dies, ff. quando dies leg. & l. vnic. in princ. vers. similique modo, C. de cad. tollend. & ibi Bart. Bald. & Castr. numero 7. Ferrariensis in forma libelli pro leg. rei singul. in gl. 1. numero 10. vers. aut legat. est in diem, & Crauet. in l. cum filio fam. in 2. parte. num. 271. de leg. 1.* Nec mirum est, quod dies alicuius legati non cedat quo ad petitionem, sed cedat quo ad transmissionem, *vt declarat Ruin. in consil. 82. n. 8. lib 2.*

Tertio, Respondeo, concesso legatum hoc nostrum esse relictum in diem incertum omni vt loquuntur certitudine, tamen id in nostro legato
165. non obstaret, quin transmitteretur: quia dies incertus† conditionem nōn facit fauore filiæ cui pater legauit, *d. l. Seius Saturnius, ff. ad L. allicid. & in specie responderunt Socin. sen. in consil. 92. col. 8. vers. confirmatur hoc. liber. 1. & Alba Cond. in cons. 29. n. 28 & in consil. 31. n. 4.*

Quarto. pro solutione illius, quod obijcitur, etiamsi certum ætatis tempus legato adiectum fuisset, tamen non transmissi mitti debere, Respondeo cum distinctione, aut hoc tempus certę ætatis adijcitur substantiæ legati, & tunc facit conditionem, & consequenter impedit transmissionem, *l. si cui legatur, §. 1. iuncto principio legis. ff. de leg. 1.* aut vero adijcitur executioni siue præstationi legati. & tunc quia tempus est certum non autem incertū, non facit conditionem nec, impedit transmissionem, *d. l. ex his, & ita distin-*

guit gloss. Bart. & alij in d. l. si cui legetur §. 1. de leg. 1. & hanc distinctionem, si legatū filiæ relictum sit, tenet etiam Socin. sen. in cōsil. 92 n. 8. vers. confirmatur hoc ex alia coniectura li. 1. & simpliciter sequitur Crauetta in consil. 101. n. 1. vers. sed præmissis. Couar. in c. 3. n. 11 vers. 3. de testam. In hoc autem casu nostro in fauorem filiæ, præstationi siue solutioni, non autem substantiæ legati, tempus adiectum esse præsumitur, *ita gloss. in d. l. ex his. Capra in consil. 79 n. 3 Socin. sen. d. consil 92. col. 6. vers. confirmatur. & consil. 97. n. 4. lib. 3. Alban. in consil. 19. n. 28. & in consil 1, 1. n. 4. Rota Romana decis. 782. n. 18. & 19 parte 1. Hieron. Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita. in 4. parte, n. 67. & n. 336. ff. ad Trebell. quos secutus Menoch. consil. 251. n. 53. lib 3.*

Ad Tertivm Argvmentvm, scilicet quod cessante causa legati, cesset etiam effectus siue legatum ipsum, Respondeo Regulam illam non procedere † nisi fuerit causa finalis, *Eberhard. loco 131. à virtute Finis. Wesenbec. ff. de condit. & demonstr. n. 9. Gail. obseq. 144. n. 12. circa med facit l. cum tale, § falsam, de cond. & demonstr. l. demonstratio, §. quod autem, vers. at si conditionaliter, eod. tit.* Nam tunc defectus causæ futuræ, facit legatum deficere, *l. Epistolā in princ. ff. ad Trebell. Socin. sen. l. si quis eam, in verbis extremis, de cond. & demonstr.* Finis enim & intentio disponentis quamcumque dispositionē distinguit, restringit, & declarat, *l. aut facta, versic. causa. ff. de pœn. l. verum est, 39. ff. de furt l. qui iniuria, vbi Bald C. de iniur. l. 1. §. si quis seruum, §. seq: §. idem Pomponius, ff. depositi. l. 8. ff. mandati Cran. consil. 436. n. 1.* vnde in omni dispositione intentio disponentis, & causa dispositionis, ex quibus ea moderatur, in primis cōsideranda veniunt, *l si procuratorem, in princ. ff. mandati, l. 1. ff. de auth. cur l. si quis nec caussam, 4. ff. si cert. pet. l sed Celsus. 6. §. si fundus ff. de contrah. empt. l. promitt. § 1. ff de iure dot. l si sponsus, 5. §. circa, ff. de donat. inter vir. & vxor. l. verum, 39. ff. de furt. l. non omne, 38. ff. de stat. lib. l. 1. §. non autem omne. ff de flum. l. 2. §. quod diximus, ff. si quis caut. l. cum pater, §. dulcissimis ff. de leg. 2. Ruin. consil. 113. n 6. vol. Porc. cons. 54. n. 35. Alex cons. 1. n. 30. vol. 3. & consil. 8. n. 10. eod. & cons. 4. n. 3. vol. 1. Bursat. cons. 405. n. 10 vol. 2. Signorol. consil. 79 n. 4. & consil. 149. n. 6. Wesenb. consil. 41. n. 159* Si vero sit impulsiua tantum, tunc cessante causa non cessat effectus seu dispositio, *l. 1. §. seruum. ff de postuland. l. 2. §. fin. de donat. Anton. de Butrio in c post translationem, de renūciat. & per gloss & DD. in c. in pr. super verbo periculosis de elect. in 6.* sed legatū nihilominus consistit. *Bart. in l. demonstr. falsa, §. quod autem n. 13. de cond. & dem. August. Berous consil. 128. n. 43. vol 2. Ioan. Cephal. consil. consil. 81. n. 8. vol. 1. Cothm. resp. 65 n. 46.* impulsiuas autē esse causas allegatas ex eo cōnstat, quod legato nō cohæreant, *cū trigesimo anno etiā matrim. nō contracto legatū si superstes mansisset, cōsequi debuisset* causa enim legato nō cohærēs præsumitur impulsiua, *per l. cū tale, l falsā, de cōd. & dem. & ita concl. Salic. in l. 1. n. 3. de fal. cau. ad leg. & ibi Paul. Cast. numero 2. explicat*: vel quando decisio est magis generalis quam ipsa ratio: tunc enim quia ratio nō militat, patet rationē esse impulsiuā, & non finalē

sicuti

ficuti docet & probat Eberh.loco 79. à rat. leg. ad extenſ. ipſius leg. n. 26. & loco 80. à ceſſante rat. 5. prout etiam cauſa legati in dubio non præſumitur Finalis, ſed Impulſiua, *Bald. in l. 2. §. creditum, col. 2. in princ. ff. ſi cert. pet. & in l. 5. §. ſi parens, poſt princ. ff. de condit. cauſ. data. quod notat etiam Imol. per illum text. in d. l. cum tale, §. falſam cauſam, de condit. & demonſtr. & late Cephalus conſil. 81. n. 9. & ſeqq.*

Secundo, Reſpondeo quod legatum quidem reſtringatur ex cauſa finali adiecta legato, per iura ſuperius allegata, niſi cauſa de futuro adiecta, ſiue modus reſpiciat fauorem legatarij; quia tunc nunquam corrigat legatum, *l. Titio, §. 1 de cond. & demonſtr. l. donationes, § ſpecies, & l. 2. §. vlt. ff. de do nat. Bart. in l. libertis, n. 3. verſ. praeterea cauſa, de alimentis legat. Alex. in conſil. 223. circa fin. verſic. ſic dato vol. 2. & hac fuit opinio Oldradi, quam ſequitur etiam Socin. ſen. in leg. Publius, in princip. numero 2 de condit. & demonſtrat. & Dec. conſil. 238. in fine.*

Tertio Reſpondeo, poſito quod introductæ & allegatæ cauſæ eſſent finales & ceſſarent, tamen diſpoſitio maneret firma, & legatum ad heredes trãsferretur; ſiquidem vnius rei poſſunt eſſe fines plures ijque ſubordinati, quorum vno ſublato non eſt neceſſe tolli reliquos: licet ergo vna cauſa ceſſet vel deficiat, dum tamen altera, & quidem principalis ſubſiſtat, remanet diſpoſitio firma, nec dicitur ceſſare, *prout late tradit Eberhard. in top. loco 82. à contrario ſenſu, n. 19. & loco 79. à rat. leg. ad extenſ. ipſius leg. num 21.* Principalis autem cauſa finalis, quæ in legatis præcipue attenditur, *l. cum pater. 77. §. dulciſſimis, 20. vbi gloſſ. ad verb. diſcordijs, de leg. 2. per l. illis libertis, de cond. & dem.* adhuc ſubſiſtit, & eſt, prout ex præfatione diſpoſitionis colligitur, vt concordia inter liberos ſeruetur, *vid. ſupra n. 41. in fin. & n. 143. & ſeqq.* ac vt benigne fiat legatario, *Weſenbec. de leg. & fideicommiſſ.* 1. quod fit, ſi fratres & & ſorores pari amoris vinculo legatario coniuncti, pariter etiam in legata dote ſuccedant. Plenius pro limitatione Regulæ, quod ceſſante cauſſa ceſſet effectus, vid. gloſſ. *in c. poſt translationem, in verbo, ceſſante de renunciatio. Canoniſtæ communiter ibid. Bart. in l. 2. § fin. per tot. ff. de donat. Franc. in d. c. cum ceſſante n. 1. vt refert Gail. 2. obſ. 85. n. 3. circa fin.*

Ad QVARTAM DVBITANDI RATIONEM Reſpondeo, quod Argumentum à Contrario ſenſu ſumptum, in hoc caſu noſtro ex multis cauſis, quarum vel vna ad hoc argumentum refutandum ſufficeret, non procedat,

267. Primo, quia argumentum † à contrario ſenſu ſumitur à defectu cauſæ Finalis. *Petr. Cynus. & Bald. in l. conuenticulum, C. de Epiſcop. & cler. & in conſil. 477. n. 2. vol. 4. Eberhard. loco 82. n. 4.* & habet locum, quando in ſenſu contrario ſubeſt ratio contraria: alioqui procedit argumentum ab æquipol-

lenti-

tentibus, *Alex. in l. si cum dotem. in princ n. 16 vers. sed adhuc ff solut. matr per l si extraneus ff de cond. ob caus* fortius namque est argumentum à paritate rationis, quam à contrario sensu. *Corn in consil. 240. n. 8. in fin vol. 1. & in consil. 80 n. 5. vol. 2. & in consil. 130 n 6. vol. 4.* Sed hæc non fuit causa finalis, vt sc. viro nuberet, sed impulsiua, *prout supra n 266. demonstratum fuit.* Ergo hic locum nō habet; quia cessante causâ impulsiuâ, non cessat effectus, *prout d n 266 probatū fuit, & est text. in l. 1. §. sextum ff de postul. l. si mulier, iuncta glos. C. de iure dotis.* Addo quod argumentum à contrario sensu quando sumitur à contrariâ existentiâ causæ vel rationis, hoc est à defectu causæ finalis, probabile saltē sit, non vero necessarium, *l adigere, §. qua nuis. ff. de iure patron. & in l. fin qui animo ff. de acquir. poss. & in l fin. ff. de hered. instit. Bald in l. qui testamento, §. mulier, ff. de testam.*

Secundo hic non procedit,† quia huius nostræ dispositionis possunt esse plures causæ finales. Ideoq; etsi vna aut altera cesset vel deficiat, cum tamen principalis adhuc subsistat, remanet dispositio firma, nec dicitur dispositio cessare, *prout d n 266. euictum fuit.* 268.

Tertio, † quia non sumitur à contrario sensu rationis seu mentis ipsius disponentis, sed impliciter à contrario sensu literæ, ideoque non procedit. *text. in noua constit. Frederici cassa & irrita, C. de S S. Eccles. & ibi glos. Bart. & D D. comm. & pro hac fallentia optime facit decisio sing in cle. 1. super verbo præsidentes, in fin. de rescrip.* Mens autem & voluntas testatoris fuit, vt fratres & sorores omnes æqualiter defunctæ sorori in legata dote succedant, *prout inprimis ex 9. decid. rat. constabit.* quod vero pater, dixit, se relinquere pro dote vel causa dotis, illa dicitur quædam monitio, vt sc. filia inde se nubat. *Menoch. 4. præsumpt. 145. n. 32.* nec illa verba videntur adiecta, vt faciant conditionem, sed demonstrationem voluntatis testatoris, quemadmodum videlicet facilius nuptiæ contrahi possint. Ex quibus & hoc consequitur, verba illa, quando nupserit, non fuisse prolata per modum causæ, sed esse verba enunciatiua cuiusdam futuri euentus, quem testator sperabat euenire, *sicuti superius n 74. hoc latius deductum fuit.* 269.

Quarto, quia ex illo intellectu, ratione magnæ inæqualitatis inde orituræ redderetur actus inualidus & plane nullus. *prout 15. decid. rat. n. 190 & seq satis probatum fuit*, eaque ratione illud argumentum † à contrario sensu similiter hic non procedit, *de isto est text sing. iuncta glossa in l fin in princ & ibi hoc notat Bart & post eum Ioan. de Imol ff de leg 2 & Bart. in l. si quis in principio testamenti, circa princ ff de leg 3 & Bald in l. hamnum n 3. in 2. col C. de leg b Alex in l 1 n. 9 vers. fall t. de offi . eius, dicens d l. finalem esse valde notab. quam singularem etiam dicit Iason ibid nu 54 vers. tertio limita & sequitur Dec. in consil 38. numero 4. vers illa enim tacita voluntas. & Alciat. in consil. 78. n. 4. lib 9.* 270.

Quinto, quia ex hoc sequeretur correctio iuris communis, cum contrarium expresse sit decisum, in Nouel. 118. c. 3 auth. cessante C. de legit. hered. cui concordat c. 1. §. 2 de his qui feud. dare poss. §. cap. taeni de feud. March. ita ex hac
271. † ratione etiam in nostro casu non procedit. text. in d. l. conuenticulam, & in l. 2. C. de cond. inser. & in l. si fi. §. filij autem familias. C. de bon. quae lib. iuncta l. pen. C. qui testam fac. poss. & hos text. ad hoc bene & subtiliter applicat Barba. in c. nullus, in 11. col de foro compe. & Lud. de Roman. in aurea sua repetit. Auth. similiter in 19. speciali pia causa. circa vlt. volunt. C. ad L. Falcid. text. in c. à nobis. 2. de sent ent. excom. & ibi eum originaliter ad hoc ponderat Panor. & sequitur ibid. Felin. gloss. in c. vnic. de aetate & qualit. ord. in 6 & in clem. 1. super verbo obseruare, de sentent. excom Alciat. in c. significasti, de foro compet. quia per repetitiones, subauditiones & tacitos intellectus non inducitur correctio iuris, text. in c. cum expediat, de elect. in 6. gloss. communiter approbata in c. cupientes, §. quod si per viginti, in verbo petere, eod. tit. in 6. text. in l. praecipimus, § fin. C. de appellat. Gail. 2. obs. 151. numer. 3. circ. med. verum argumentum à contrario sensu est tacitus & subauditus intellectus, vt est gloss. notab. in l. 2. C. de condit. insert. venit enim ex coniectura, vt est text. cum gloss. in l. apud antiquos, C. de fur. & in c. cum Apostolica, ibi, per quod indirecte datur intelligi, de his quae fiunt à pral. sine consensu capit. Ideoque sumi non potest ad correctionem iuris communis, quae est communis omnium DD. conclusio, prout post se allegatos confirmant Eberhardus loco 8. n. 9 & Mantica de coniect. vlt.
272. volunt. lib. 3. tit. 15. n. 15. circa med. Sed cum effectu sumitur & procedit † quando ille casus, qui elicitur per contrarium sensum, non est aliquo iure decisus, per iura iam relata, & c. qualis 25. distinct. & l cum praetor. in princ. ff. de iudic. & l. cum lex. ff. de leg. & l. inter. §. cum inter. ff. de pact. dotalib. & l. maritus. C. de procuratorib. cum alijs similib. si vero est decisus per alias leges, tunc per contrarium sensum non deciditur, sed tamquam omissus ab illa lege remanet sub dispositione iuris communis, & venit decidendus per alias leges. text. in l. si cum dotem in princ. ff. solut. matrim. & l extraneus ff. de condict. causa data causa non secuta. At iure comuni expresse decisum, quod nulla substitutione facta fratres & sorores defunctae sorori aequaliter ab intestato succedant. prout in princ. huius rationis probatum est Ergo hic casus, tamquam omissus, ex iure communi decidendus venit, & consequenter hoc argumentum à contrario sensu in nostro casu non procedit.

Sexto, quia ex eo resultaret prauus & absurdus intellectus, vt supra in 16. decid. rat. latius deductum fuit. ideoque & propter hanc rationem in hoc casu
273. nostro locum † non habet. text. & exemplum est in d. l. 2. C. de condit. inser. & in d. l. conuenticulam, C. de Episcop. & cler. gloss. in d. l. 1. in verbo fortissimum. de offic. eius. & ita limitat Alexand. ibid. n. 10. & Iason n. 54. & Alciat. in consil. 78. numero 6. lib. 9. Ex quo sequitur, longe fortius esse argumentum ab absurdo vitan

do

do quam argumentum à contrario sensu, ad colligendam coniecturam voluntatis testatoris. Atque ex his omnibus patet in contrarium hoc productum argumentum, nullius esse roboris ad euertendam nostrã intentionẽ.

Ad QVINTVM DVBITANDI ARGVMENTVM, quo, in vltima testatorum voluntate verba duntaxat spectanda, necab eorum proprietate vllo modo recedendum esse, late differitur, Respondeo, verum quidem esse, quod in omni dispositione verba, vtpote ex quibus mens disponentis intelligitur, sint attendenda; attamen cum verba † inuenta sint rerum causa & vt mentem exprimant, *l. Labeo, 7. de suppellect. leg. Wesenbec. ff. de V. S. n. 2.* ac intentioni agentium inseruiant, non dominentur, *l. cum proponebatur, l. vnum ex familia, §. fin. ff de leg. 1. l. in conditionibus ff. de condit & demonstr. cum infinitis alijs. & tradit Gail 2. obs. 32. n. 11.* semper mens † & voluntas disponentium cum primis attendenda est, *l. in conuentionibus. 219 de V. S. Wesenb. d. n. 2.* ita vt ea conseruetur potius quam tollatur, *iuribus vulgatis & Iason ad l. 78. prator ait. n. 15. ff. de pact. Zas. cons 12. n. 43. & seq. vol. 1 Bald. & DD. in l. venditione. C. comm. prad. Bart. ad l. omnes populi. iuxta pradicta, quæst 20. n 58 ff. de iust. & iure. per l. cum lanionis, §. asinam. ff. de fund. instruct. legat.* vnde est, quod communiter volunt omnes non verba tantum eorumque sonum, sed & mentẽ, sensum atq; effectum eorũ esse considerãda *per text. in l. scire, §. al ud ff. de excusat. tut. & l. 3. §. coditio ff de adimend. legat. & in l. 2. §. si mater ff. ad Sc. Tertull. & in l. Diuus, §. Item Senatus, ff. ad L. Cornel de fals. in l pen ff. ad exhibend.* adeo vt etiam in mandatis, in quibus alias verba diligentissime obseruanda & custodienda sunt, *l diligẽter, ff. mandati,* & quorum forma, exacta diligentia est obseruanda, *vt dicit Põtifex in c. cum dilecta in fine, de rescript & Bald. in l. 1. §. igitur ff. de exercit act.* in quibus necà verbis eorũ, necà forma recedẽdũ est, siue res ipsas respiciãt, siue personas, siue locũ, siue tẽpus, mens & ratio magis attendenda sit quã verba, *text. est in l si hominẽ ff mãdati, & in l. si quis mihi, §. sed si mandauit ff. de acquirend. vel omit. hered. vbi Bald & DD. cateri illud notãt. idẽ Bald. in c. fin. col. 2. de offic de leg. & sequitur Castr. cõs. 4 col. 2. vol. 1. Iason cõsil 202. col. pen. vers. Nõ obstat dũ tertio, vol. 2.* 274. 275.

Quod ipsum quoque in vltimis voluntatibus procedit: Nam quemadmodum virtus legis consistit in ratione, medulla & mente legis, non autem in verbis *l. scire leges, ff. de leg. b. l. cum mulier, & ibid. DD ff. solut. matri. l. non dubium, & ibid notatur per gloss. & DD. de legib. l nominis & rei, §. verbum ex legibus, iuncta gloss. de V. S. c fin. & ibi notant Din. de R. I. in 6. & c. Marcion & Basil d. s 1. q. 1.* ita & voluntas testatoris; quia argumentum à dispositiõe legali ad interpretatione vltimævoluñtatis, est forte efficax, *vt late probat. Eberb. in loc. leg. loco 46. à leg. ad testatorem, n. 1.* In primis † vero in fideicommissis siue legatis vbi net vt videlicet in ijs voluntati magis, quam verbis inseruiamus, *l cum virum de fideicom. l. haredes mei. §. cum ita ff ad Trebel. cum concord. & probat Fortun. in l.* 276.

Gallus. §. *& quid si tantum*, *n. 79. de lib. & posth & late diffrit Paul à Monte Pico in l Titia* §. *Titia cum nuberet. n. 70. de leg. 2 Cabedan decis.* 52. *n* 10 in quibus etiam sufficit voluntas testatoris tacita, quæ ex verisimilibus coniecturis colligitur. *quod probat Gail 2. obs. 132. n* 7 eaque magis quã rigor verborũ considerari debet, *Corn. consil 124 n 6. vol 2. Gail. d. obs. 13: n 9. & 2 obs. 15. n. 5. có fer supra n 250* Siquidem sæpissime contigit vt testatores, qui quandoque semimortui testantur. *l. quoniam indignum, C. de test. am.* quique saltem dum testantur cogitant se morituros, non semper omnia accurate pro voluntate perpendere & disponere queãt. *Corneus consil. 25. n. 20. vol. 4. confer. inf. n. 290.* quia mortis cogitatio obscurat intellectum: quo fit, vt mens ipsa magis, quam propria verborum significatio debeat seruari, *l. in conditionibus primum locum. in princ. & l. eas causas, de condit. & demonstr. & c. intelligentia, de V. S. Gail. d. obs. 132. in fin.* & optimum sit non propriã verborum significationem scrutari, sed in primis quid testator senserit, *l. cum lanionis*, § *item Cacabos, vers optimum, de fund instruct. text. in l 3.* §. *conditio in fin. de adimend leg. l. vinum, de trit. vino & oleo legato, gloss. in l. qui volebat ff de hered instit. Socin. sen. in l in ambiguo, n. de reb. dub* cum verborum significatio nunquam tantum valeat vt melior sensu, siue voluntate defuncti existat. *l. 3 de lib præterit vbi Alex. & Iason late, quod etiam Fortun. copiose confirmat in d. l Gallus*, §. *& quid si tantum. n 77 ad fin. & s. qq de lib & post.* quia voluntas defuncti totum facit, *l. ex facto*, §. *rerum autem Italicarum ff. de hered. instit. text. in l. mihi & tibi.* §. *in legatis, de leg. 1. text. notab. in l. cum virum. C. de fideicommiss. Gail. 2. obs. 144. n. 5 in fin.* scilicet interpretationem testamenti & verborum eius: *vt inquit Socin. iun in consil. 3. n. 17. in fin vol. 4.* Ideoque tamquam regina primum locum tenet, & in omnibus dominatur, *d. l. in conditionibus primũ locum, in princ. de condit & demonstr. l. cũ quæst in fine, de legatis*, & tamquam lex omnibus modis seruanda §. *disponat. in auth. C de nupt. c. voluntas quæst. 2.* diligenterque cauendum est ne dum nimia vtimur verborum subtilitate, vera iudicia defunctorum subuertantur, *l. quoniam indicium, C. de testam l si quis heredem, in fine, C. de instit. & substit.* Nihil †

277. enim est quod hominibus magis debeatur, quam vt supremæ voluntatis, postquam iam aliud velle non possunt, liber sit stylus, & licitum quod iterum non redit arbitrium, *l. 1. C. de SS. Eccles. vbi DD. commun.* vnde voluntas etiam tacita habetur pro expressa si ex ijs quæ testator disposuit colligi possit. *gloss in l. tale pactum in fin. ff. de pact. Bald. in l. vnic in fin. de ijs qui ante apert. tab Socin sen. in l. ambiguo. n. 7. vers. tertia conclus. de reb. dub. adde Bart. in l ex facto.* §. *si quis rogatus, sub n 1. in fin. ff. ad Trebell.* vel à iure sit præsumpta, *l. cum proponebatur de leg. 2. text. in l. iam hoc iure, de vulg. & pupil. substit. cum similibus.*

278. Et quidem iura omnia † clamant, voluntatem defuncti seruari oportere §. *disponat, auth. de nupt. c. vltima voluntas, 13 q. 2.* & apud consulentes hoc est

tri-

triuum & peruulgatum. *Curt. sen. in conf. 42. n. 1. & 2. & in consil. 44. n. 26. & in consil. 51. n. 1. Soc. sen. in consil. 11. n. 4. vol. 1. & in consil. 4. n. 4. vol. 3. & in consil. 1. n. 10. vol. 4. Soc. in iun. consil. 84. n. . vol. 1. & in consil. 110. n. 10. & seq. vol. 3.* nihilque magis esse curandum, quam vt ea impleatur, *l. 4. C. de necess. ser. hered. instit. Ang. consil. 7. n. 3.* & impium esse atque crudele eam negligere. *l. contra voluntatem, C. de testam.* sicut è contrario pie agat, qui eam conseruat. *§. si vero expressim, auth. de hered. & Falcid. Iason in d. auth. si qua mulier, col. 5. vers. tertio principalis opinio. Wesen. cōs. 90. n. 18. Laur. Kirch. cōs. 26. n. 17. vol. 3. Consiliorū Germanorū.* Hinc peccatum mortale committere dicitur, qui cum potest, non exequitur vltimam voluntatem defuncti testatoris, *d. c. vltima voluntas. Imol. in c. cum esses, n. 8. de testam. Corn. cons. 261. n. 2. vers. nam rel ctum, & consil. 298. n. 278. n. 27. & 28. vol. 1. & consil. 119. n. 34. vol. 2.* Ex quo est, vt nec Imperator, nec Pontifex Romanus, nedum conuentiones priuatorum, efficere possint, quo minus testamentum alicuius seruetur, atque executioni mandetur. *l. si testamentum, C. de testam. facit text. in l. instrumenta C. de precib. Imper. efferend. Bart. in l. legatum ff. de vsufr. leg. Bald. in l. 1. in fin. C. de his quae poenae nomine. & in l. quae sub conditione, §. de hoc iure, ff. de cōd. & demonstr. idem Bald. consil. 8. . vol. 1. & consil. 65. vol. 3. Roman. consil. 177. in fin. Alexand. consil. 73. col. 2. vol. 7. Dec. consil. 405. n. 12. & consil. 557. n. 4. & 5.*

Ex prædictis apparet, non in frigida & ieiuna verborum calumnia delitescere, sed verisimilem testatoris mentem inspicere nos oportere. *l. pater Seuerinam, §. conditionum verba. & l. Publius. §. Titia codicillis. & ibi Imola, n. 5. de condit. & demonstr.* calumniatoris enim officium est verba & literas sequi, & negligere voluntatem testatoris. *Cic. ad Heren. & in orat. pro Cecin.* imo, imprudentia summa est, ac stultitia singularis, in verborum errore versari, cū voluntas intelligitur: nam nec quidem sermo quotidianus & familiaris cohærebit, si verba inter nos aucupabimur, *vt M. T. Cic. scriptum reliquit.* De testatoris autem nostri mente certius constare non potest quam ex ipso dispositionis testamentariæ procemio, atque ratione inibi expressa; quæ profecto eiusmodi est vt dubium non sit, testatorem interrogatum responsurum fuisse, se inter liberos suos hoc nostro in casu æqualitatem seruari velle, *confer supra nonam decid. rat.* Iuris autem non est obscuri, illud dici dispositum quod disponens interrogatus respondisset ita vere agere voluisse, *prout supra in duodecima decidendi ratione ostensum fuit.* Quamobrem hæc verisimilis testatoris voluntas, tamquam immota quædam Lesbia Regula obseruari, nec purus & simplex verborum sonus considerari, sed sicut venator sequitur leporem, ita lex vel iudex voluntatem defuncti sequi debet, *ita pulchre Bald. in l. pen. C. de necess. hered. instit.* prout in superioribus plenius deductum est, quæ tam sunt manifesta, vt ea quæ de verbis claris eorundem

ſurditas, iniquitas & læſio tertij, prout d. 16. 16. decid. rat. ſatis euictũ fuit Ergo illud argumentum in noſtro caſu non procedit: Nam ſicut lex debet eſſe iuſta, rationabilis & poſſibilis, c. erit autem. diſtinct. 4. & l. 1. cũ ſeq. ff. de legib. ita etiã vltima volũtas teſtatoris. §. fin. Inſtit. de l. g. & l. quidã in ff. de cõd. inſt. cũ ſimil.

Secundo Reſpondeo, quod ſtatutum debeat † reſtringi & interpretatio- 280.
nem recipere ex iure communi, per l. quod conſtitutum, vbi Bart. ff. de teſtam. milit. c. dilectus, de conſuet. c. inter dilectos, de fide inſtrum. c. ſi Papa. de priuileg. lib. 6. l. vt gradatim, §. ſed ſi lege. ff. de munerib. & honorib. D D. in l. omnes populi ff. de iuſt. & iure. Beroius in c. ſi quis Epiſcopus. n. 6 de accuſat. vbi hanc ſententiam à communi D D. ſchola receptam eſſe aſſerit, & multis probat Crauet. conſil. 923. n. 8. & auctoritate multorũ firmat Ioh. Pet. Surd. con. 4 num. 39. Idem ampliant & limitant Godofred in praxi ciuil. lib. 1. tit. 3. pag. 126. & ſeqq. Alex. Rauaenſ. reſp. 14. n. 81. vol. 1. atque ita intelligendum & interpretandum, vt quam minime à iure communi per illud recedatur, l. præcipimus in fine, C. de appellat. l. ſi vero, §. de viro ff. ſolut. matrim., l. quod vero contra, & l. ſeq. de legib. Porc. conſil. 259. n. 2. Pariſ. conſi. 16. n. 92. & 93. vol. 2. Mynſ. obſ. 5. cent. 1. illudque quo ad fieri poſſit, minus corrigatur, Mynſ. decad. 15. reſp. 1. n. 23. 24. & 41. Ioan. Pet. Surd. conſil. 182. n. 12. Ioh. Vincent. Honded. conſil. 1. n. 31. vol. 1. Tiber. Decian. reſp. 15. n. 29 & 32 & reſp. 54. n. 30. vol. 1. & reſp. 46. n. 17. vol. 2. Corn. conſ. 302. n. 2. & conſ. 323. n. 5. vol. 3. Pariſ. conſ. 110. n. 6. vol. 3. Cacheranus latiſſ. deciſ. Senat. Pedemont. 267. pro tot. ex Gail. d. obſ. 33. n. 4. & 2. obſ. 140. n. 12. etiamſi à proprietate verborum eſſet recedendum Roman. conſil. 338. n. 10. Mandoſ. ibidem. in addit. & Crauet. conſil. 197. n. 6. vol. 2. Alex. conſil. 85. n. 12. lib. 4. & ſic interpretando nihil operaretur, quando alias quis indebitè damnum pateretur, de quo vide plenius Ioh. Bapt. & Iaſonem, in d. l. omnes populi, & faciunt exquiſite notata per Alex. de Imol. in l. poſtulante, ff. ad Trebell. quia potius tolerandum quod ſtatutum ſit fruſtratorium & nihil operetur, quam quod quis indebite damnum patiatur, prout poſt longam diſputat. vult Alex. de Imol. in l. 4. §. prætor, ff. de damno infect. & de hoc habetur latiſſime per Iaſonem in l. properandum. §. ſiue alterutra, in 2. & 3. col. C. de iudic. de quo etiam vide per Franciſc. de Crema in ſing. 120. & per Matth. Matheſilanum in notab. 85. Ergo & verba teſtatoris interpretationem recipiunt ex iure communi, & conſequenter hoc in caſu noſtro, fratres & ſorores pariter ſuccedent.

His accedit quod caſus omiſſus à ſtatuto vel conſtitutione, habeatur pro omiſſo, & remaneat in diſpoſitione iuris communis. Tiber. Decian. reſp. 46. n. 24. vol. 3. per d. l. ſi extraneus, ff. de condit. cauſ. dat. l. ſi cum dotem, in princ. ff. ſolut. matrim. l. commodiſſime, ff. eod. Alciat reſp. 41. n. 8. lib. 5. reſp. 1. n. 17. Ideoque, quia ex hac ſtrictiſſima interpretatione legati, abſurdum ſequeretur, & caſus, qui in controuerſia eſt noſter, plane & plene non ſit à teſtatore noſtro poſitus, ſequitur etiam hanc diſpoſitionem

secundum Ius commune intelligendam,& consequenter ad defunctæ sororis hereditatem superstites fratres & sorores pariter admittendos esse.

Tertio Respondeo, ad id quod dicitur verba sententiæ & Testatoris
281. eodem modo esse accipienda; ad rem parum facere. Nam † regulariter quidē sententia (nisi subiecta materia aliud inducat, *Decius conf. 388. n. 4.*) dicitur esse stricti iuris, testatoris autem dispositio instar habet bonæfidei, *l. in minorum. in quibus caus. in integr. restit. non est necessari. quod etiam animaduertit Bart. in l. cente simis, §. vlt. n. 9. de V. obl.* verbaque testatorum sunt late accipiēda, *l. in testamentis, de R. I. c. cum dilecti, de donat.* neque tā stricte interpretandæ sunt defunctorum voluntates, *l. plenum, §. 1. de vsu & habit.* & ibi Bald. notat quod vltima voluntas recipiat interpretationem extensiuam, non restrictiuam, *quod similiter probatur per l. quæsitum, §. idem respondit, & l. scire, §. vlt. de fund instr. Bart. in l. beneficium, n. 1, de constit princ.* Et fauorabilior dicitur illa interpretatio quæ adiuuat, quam quæ restringit testamentum. *Socin iun. consil 128. n. 65. vol. 1.* atque ita testamento plenius subuenitur, quam sententiæ, *prout docet Roman. in l 1. n. 8 ff. de re iud.*

Ex his corruit etiam id, quod pro confirmatone obiecti sexti argumenti adijcitur, videlicet Actionem ex testamento esse stricti iuris, *per l. alias si ex stipulatione. ff. de in lit. iur. & §. actionum, Instit. de act.* quamuis enim sit stricti iuris, in multis tamen Actioni bonæfidei similis censetur, *d. l. in minorum cum gloss. in quibus caus. in integr. restit non est necess. & ib. Bart idem Bart. & Iason in l. heres, de eo quod certo loco. Paul. Castr. in l. 1 n. 1. C. de vsufr. leg Iacob. de Nig post Alex in l. num. 51. vers & licet, de leg. 1. Couar. in rubr. de testam. in 3. parte nume ro 18.*

Nullius etiam valoris est SEPTIMVM, à natura inclusionis ad exclusionem, desumptum ARGVMENTVM, quia secundum Socin. *consil. 30. numer. 43. & seq. vol. 1.* non semper † verum est, per inclusionem aliquorum alios excludi, sed aliquando excludi, aliquando non excludi, prout ratio suadet vel dissuadet, *quod refert & sequitur Honded. consil. 4. numer. 56. vol. 1.* Et in specie quod regula inclusionis ad exclusionem non procedat. Primo quando in omisso eadem militat ratio quæ in expresso, *glos. est notab. in l. cum prator, verbo videtur, in fin. ff. de iudic. quam sequitur Bellon. conf. 62. n. 7. Paris consil. 111. n. 39 vol 1. Franc. Bec. consil n. 16. Menoch. consil 14. n. 14. vers quarto: Magon decis Florent 67. n. 16.* Secundo non procedit illa Regula, quando id quod videtur exclusum, alia dispositione includitur, *per doctrinam Decij in l. 1. lect. 3 n. 84. ff. de reb. cred si cert pet. & consil 11. n 18: Ruin. consil. 69. col. 2. in princ. vol. 1 Cranet consil. 895 n. 32. vol. 1. & nouissime Decian consil 6; n. 41. vol. 4.* Tertio inclusio vnius non est exclusio alterius, si id quod exclusum videtur, venit in necessarium consequens eius quod est inclusū,

qua est

quæ est doctrina Ruin. in d.l. Gallus, §. & quid sit tantum. n. 114. ff. de lib. & posth. allegati & probati à Menoch. d. conf. 14. n. 14. & facit quod in singularibus suis scribit Corset. in singul. incip. Tu habes, in verbo Argumentum. Quarto, inclusio vnius non est exclusio alterius, quoties ad exclusionem aliorum, quæ exclusa videntur, mens disponentis siue concedentis non conuenit, sed verisimile est disponentem siue concedentem illa excludi noluisse, *ita hanc regulam limitat Iason in l.1. §.1.n. 4. vers. & sic in isto textu ff. de acqu. vel amittend. possess. quam limitationem consulendo secuti sunt, Grat. consil. 5. n. 83. Socin. iun. consil. 121. n. 22. vol. 1. & consil. 1. n. 27. versic. Nec obstat Regula, & n. 47 vol. 3. Bursat. consil. 227. n. 59. vol. 3. Menoch. d. consil. 14. n. 14. vers. Tertio, & consil. 141. n. 22. vol. 2. & Crauetta d. consil. 895. n. 15.*

Atqui iam, supra, *in 9. decid. rat.* demonstratum est, in reliquis fratribus & sororibus eandem omnino militare rationem quæ etiam in hærede militat, ac verisimile esse testatorem prædictos fratres & sorores ab hac defunctæ sororis successione excludi noluisse, si de ijs admonitus fuisset. *prout supra 12. decid. ratione plusquam satis euictum esse putamus. Ergo*

Neque obstat adiunctum argumentum ab extensione non facienda: quia nulla fit in casu nostro dispositionis extensio, sed potius interpretatio ex dispositionis natura, quæ ex ipsamet testatoris declaratione in prooemio facta, *confer supra n. 143.* confirmatur. Eiusmodi autem interpretatio intellectiua magis dicitur quam extensiua, *per doctrinam Bald. in l. de quibus. col. 5. de legib. & in c. quia, 5. prope fin. de iudic. Oldra consil. 184. in fin. Calderin. consil. 1. sub tit. vt lite pendent. Tiber. Decian. consil. 43. n. 22. vol. 2. & cons. 30. n. 12. vol. 3.*

Verum vt maxime fratres & sorores prædefunctæ sororis sese in extensione aliqua disposionis fundarent, non tamen præter rem omnino facerent; quia vt extensio de persona ad personam fiat non est rarum, *per tradita à Paris. cons. 66. n. 66 vol. 3. & Decian. consil. 48. n. 23. vol. 4.* Nam quod dicitur 283.
† extensionem à persona ad personam non fieri, id verum est, si diuersa sit personarum siue rerum ratio, *vt declarat post alios Decianus cons. 29. n. 13. vol. 2.* At si ratio sit vtrobique eadem, vel in personis, vel in rebus, extensio à persona ad personam extra omnem controuersiam admittitur, *per gloss. in au. h. minoris debitor, C. qui tutor. dar. poss. quæ probatur per l. tale pactum. §. fin. ff. de pact. l. si stipulatus fuerim, ff. de V. obl. & l. cum ita datur, §. fin. ff. de cond. & demonst.* maxime in fauorabilibus, *per tradita à Paris. consil. 99. nu. 47. vol. 1. Crauet. consil. 76. n. 30. vol. 1. Decian. cons. 14. n. 43. vol. 1. confer. Eberhard. loco 79. à rat. leg. ad extens. n. 48. & 50* vt æqualitas omni ex parte seruetur, *quam rationem assignauit Crauet. consil. 899. n. 10. & consil. 973 n. 12. vol. 1.* stante potissimum verosimili disponentis mente atque voluntate, *quam ponderauit Marc. Anton. Peregrin. consil. 38. n. 25. & consil. 49. n. 9.* Et quod extensio à persona ad perso-

Q nam

Galiau in l. Gallus, in princ. n. 20. de lib. & posth & Fortun. in eadem l. §. & quid si tantum n. 76. & infra. Alex. in consil. 63. n. 2. Socin. iun. in consil. 4. n. 14. & in consil. 100. n. 60. vol. 3. & ita intelligit etiam Paris. in consil. 44. n. 25. vol. 2. prout in nostro casu multa sunt, ex quibus verisimilis testatoris voluntas conuinci & demonstrari potest, sicuti in rationibus decidendi & præsertim ratione 9. 12. & sequentibus videre licet.

Secundo, casus à testatore omissus † habetur pro expresso, subsistente eadem ratione, *Crauet. consil. 62. n. 14. & consil. 130. n. 7. & in consil. vlt. n. 9. vol. 2. Decian. consil. 28. n. 23. lib. 2. & multis deducit Menoch. cons. 235. n. 41. & seq. vol. 3.* quæ etsi non fuerit testamento expressa, nihilominus tamen, si sola potest excogitari & assignari, perinde habetur ac si esset expressa, *gloss in l. quamuis, de fid. icommiss. & ibi Bald. Raph. Fulg. Paul. Castr. & Iason, qui plura congessit n. 6. & sequitur Alexand. in consil. 00. n. 10. vol. 4. & Socin. sen. cons. 12. n. 5. vol. 3 & plures alij relati supra n. 63.* & licita est extensio ab huiusmodi vnica ratione coniecturata, *ita singulariter volunt Paul. de Castro, & Raphael Cumanus in l. si vero, ff. solut. matrim. & Alexander de Imol. in consil. 50. vol. 2. incip. visis causa. Paul. de Castro consil. 338. incip. præsens casus & in consil. 3 9. incip. visa quadam securitate in antiquis. Iason in auth. quas actiones, C. de S S. Eccles. Lanfrancus in repetit. l. si vero, §. de viro, in 14. conclusione interpretationis extensiua.* Quod in tantum procedit vt fideicommissum, tametsi onus imponat, *iuxta l. cohæredi, §. cum filio, de vulg. & pupill. substit.* nihilominus per illam rationem debeat extendi, *vt sensit Bart. in l. pater filium. §. fundum in fin. de leg. 3. Cephal. in consil. 134. n. 36. & communem hanc esse & solidam conclusionem inquit Paris. in consil. 92. n. 46 vol. 2. & in consil. 1. n. 36. & in consil. 6. n. 20. & in consil. 22. n. 35. & in consil. 25. n. 29. vol. 3. Idem asserit Iul. Clar. lib. 3. sentent. §. testamentum. qu. 76. versic. idque maxime in fideicommiss. Decian. in consil. 33. n. 96 & 99. vol. 1. & in consil. 86. n. 19. vol. 3. Curt. iun. in consil. 1. 1. n. 11. in fine.* maxime quando dispositio alias esset illusoria, & nullum sortiretur effectum, si non extenderetur, *ita notabiliter vult Iason in d. auth. quas actiones, C. de SS. Eccles. post Ioh. de Anania in rubrica de Apostatis.*

Tertio, casus omissus † debet etiam suppleri, quando testator vnum casum expressit, credens verisimiliter alium non esse euenturum, alioqui illum etiam expressurus *l. mulier in princ. in illis verbis, quia non crediderat patrem ff. ad Trebell. & l. 3. de instit. & substit. & hoc quidem sensit Bart. in d. l. commodissime, in 1. oppo. de lib. & posth.* Quod cum receptum sit in conditione, multo magis in pura dispositione est admittendum, quoniam in illa cessat regula communis, quod conditio impleri debeat in forma specifica, *l. qui heredi, & l. Mauius, de condit. & demonstrat. vide supra num. 10 & 252.* vnde etiamsi testator expresserit eum casum, qui frequentius solet accidere, non censetur excludere eum, in quo subest eadem ratio & sequitur idem effectus 286.

na. C qui test am fac poss. idemque traditur in l Aurelio, §. Caius. n 7. ad fin. de lib. & posth & in l si eman pati. n. 3. in fin. C. de collat. & Roman. in l. 1. n 8. ff. de re iudic. & Cor in consil. 124. n. 22. vol 2. confer n. 276. quæ quidem ratio locum habet, etiã si quis sanus corpore fecerit testamentum, *secundum comm. doct. intelligentiam, vt inquit Ruin. in consil 73. n. 11. vers quod ita. vol. 2. quod sentit etiam Corneus in consil. 25. n. 20 vol. 4 licet contrarium dixerit Aretin. in consil. 47. & Paul. de Castro in l. iubemus. n. 2. in fine C. de testam:*

3. Quod similiter vulgo dicitur, mentem testatoris non attendi, quando verba in totum deficiunt: Id habet locum, quando hoc agitur vt noui aliquid inducatur, & ad hoc, vt quis iure proprio possit admitti; sed non habet locum, quando agitur de effectu, vt quod expresse est dispositum, ad successores transmittatur (*prout in hoc casu transmissionis heredes legatum non ex suis personis, quippe quæ à testatore vocata non sunt, sed capiunt ex persona illius legatarij expressè à testatore ipso vocati, vt demonstrat Menoch. 4. præsumpt 201. num 2*) Quia sufficiunt coniecturæ ad transmittendum legatum, *confer suprà n. 60. & nu. 248.*

4. Item, quod dicitur, etsi constet de voluntate testatoris, tamen, si ad eã verba accommodari nequeant, voluntatem deficere. † Id verum est de ijs, 291. quæ in testamento scripta sunt, neque intelliguntur quid significent, aut quid sibi velint, ea enim perinde sunt, ac si scripta non essent, *l. 2. ff de iis quæ pro non script. habentur.* W*esenb ff. de reb. dub. n. 1. quod declarat Menoch. 4. præsumpt. 106.* de qualitate autem & quantitate legati, hic nullum est dubium, sed certò de voluntate testatoris constat. Deinde, hoc non procedit, si verba quoquo modo deseruire possint, licet impropriè eo possint extendi, *l. non aliter, de leg. 3. l. ille aut ille, § vlt. de condit & demon. l vbi l. quoties ff. de reb. dub. VVesenb ff. de reb. dub. n* 1. Ergo in nostro casu id non procedit.

5. Quod vero adijcitur non satis esse, † ex ijs quæ testator scripsit, probabilibus coniecturis sumi & haberi, æqualiter fratres & sorores defunctæ sorori in Legatâ dote succedere debere: sed omnino requiri claram & manifestam de eo testatoris dispositionem: Id in hoc nostro casu non procedit, sed sufficit probabilibus coniecturis & rationibus testatoris voluntatem demonstrari posse, *prout d. nu. 60. & 248. demonstratum est.* Deinde retorquendo argumentum, verius est, vt ex ijs quæ testator scripsit respondeamus, non satis esse contrarium probabilibus & verisimilibus coniecturis sumi & haberi, multò minus nudis verbis id asserere: sed omnino requiri vt de eo testatoris dispositio clara & manifesta sit. *Cotb. d resp. 65 n. 128.* At de matrimonio necessario ineundo testator nihil disposuit, sed illud in liberum filiæ arbitrium reliqui. Idque patet ex eo, quod dotem trigesimo anno, etiam matrimonio non inito, recipere debuisset, ita vt nuptio viri,

Legati traditionem præcedere non fuiſſet neceſſum. Quæ interpretatio ad Legatum conſeruandum conducit, & vergit in Legatarij fauorem, quem in Legatis interpretandis potiſſimum expendere debemus & ſolemus, *arg. l. 1. C. de leg. & ibi interpret. & ſupra n. 16. latius deductum eſt.*

6. Quod additur, in contrarietate ſtandum eſſe verborum proprietati, id hic non habet locum: neque procedit quando neceſſarius naturæ & ſanguinis ordo ſuaderet aliud, quàm quod verba improprientur ſecundum communem ſenſum. *Menoch. d. præſumpt. 202. numero 13. circa fin.*

AD NONVM dubitandi ARGVMENTVM, quo dicitur quod hæreditas non adita non tranſmittatur, *per l. 1. is poteſt. & l. venter, ff. de acquirend hered. & l. cum antiquioribus, C. de iure delib.* Legatarius autem ſit inſtar heredis. Ideoque nec Legatum non agnitum tranſmitti: Reſpondeo, non procedere. Rationem differentiæ eſſe ſenſit *Bart. in l. cum filio fam. nu.*

293 *12. de leg. 1.* quia heres † ante aditam hæreditatem, nullum ius habet, nec verè nec ſictè. Hæreditas enim iacens, ſicque nondum adita, nihil vltra in ſe habet, quam quod ad hæredem tranſit, *l. nihil aliud. ff. de V. S.* Porro, hæres ſibi ipſi obligatus eſſe non poteſt. Non ergo ipſi hæredi ante aditam hæreditatem competit aliqua actio; Ideoque cum nullum ius habeat; tranſmittere non poteſt. (Priuatio enim præſupponit habitum, *per iuris vulgaria.* & non entis nullæ ſunt qualitates nec actiuæ nec paſſiuæ, *quod latè probant Marpurg. vol. 3. conſil. 32. num. 13. confer ſupra num. 45.*) Diuerſum eſt in Legatario, cui hæres tenetur ſtatim mortuo teſtatore reſtituere, *d. l. vnica, §. cum igitur. C. de cad. tollend.* Habet ergo Legatarius ius quod tranſmittere poteſt, *ita Bartoli rationem manifeſtius explicat Alciat in d. l. cum filiofam. in fin. & in lib. 4. paradox. c. 5. in fin. Menoch. 4 præſumpt. 201. nu. 26. confer ſupra n. 214.*

Secundo reſpondeo, Regulam illam; quod hæreditas non adita

294 non tranſmittatur; fallere † in ſuis hæredibus, qui hæreditatem non aditam tranſmittunt. *Bartol. in l. ventre, num. 3. & 12. ff. de acquirend. vel amittend. hæred. text. in l. apud hoſtes. C. de ſuis & legit. Bald. in l. vnic. §. in nouiſſimo, num. 2. C. de cad. tollend. Capra conſil. 66. incip. cum viſo, num. 1 & conſil. 67. num. 1.* Quod in tantum procedit, vt etiam infans morte præventus, tranſmittat hæreditatem patris non agnitam, in quoſcumque hæredes iure ſuitatis, *prout eſt communis opinio, & text. in d. l. apud hoſtes, C. de ſuis & legit. gloſſ. fin. ibid. DD l. ſi infanti, C. de iure delib. vbi Bartol numer. 3. & in d. l. ventre, num. 26 Bald. in d. l. vnic. §. in nouiſſimo, num. 24. cum ſeq Socin. ſen conſ. 116. num. 11. vol. 2. incip. Non poteſt negari. Dec. conſ. 331. nu. 5. & 6. incip. pro reſolu-*

tione

tione, vbi communem dicit Idem conf. 245. n. 1. incip. in causa quæ iam diu, vbi etiam communem dicit.

Tertio fallit in legitima liberorum, quia illa † transmittitur ad quoscunque hæredes etiam extraneos, sine agnitione, sicut etiam ius petendi supplementum legitimæ, *Gail. 2. obser. 120. num. 17. & latius dictum fuit supra, num. 70. & 241.* Ratio, quia legitima non est quota hereditatis sed bonorum, *text in l. Papin. §. 4. ff. de inoffic. testam. text. in auth. nouiss. C. de inoffic. test. Iason ibi. d. num. 3. & comm. DD. Schurff. 2. consil. 82. num. 9. Gail. 2. obs. 119. nu. 12.* cum non debeatur liberis, nisi omni ære alieno prius deducto, *text. in l. Papinianus. §. 4. ff. de inoffic. testam. Ang. ibid. in §. si conditione. num. 2. text. in auth. nouissima, vbi Iason num. 3. C. eod Salic. in l. scimus, num. 5. C. de inoffic. testam. Curt. sen. cons. 13. num 25. incip. statuto Ianua, vbi communem dicit Schurff. 2. consil. 28. num. 0. incip. casus talis est. Idem 3. consil. 60. num. 2. incip quod prædicta. Wurmf. lib. 1. tit. 39. obser. 8. num. 1.* quota vero bonorum, filiis ipso iure ex legis prouisione debetur, *per text. in d. l. Papinianus. §. quæro. ff. de inoffic. testam.* prout hæreditas parentum liberis etiam quasi debetur, *l. 10. ff. pro socio l. 6. de bon. damnator.* Ad hæc, nisi sine agnitione legitima vel eius supplementum, ad hæredes ipso iure transiret, sed ex patris voluntate penderet, contineret in se grauamen, quod legitimæ adijci nequit. *per l. quoniam. C. de inoffic. test. Gail. 2. obs. 120. num. 17. & latius supra num. 74.* Plures huius regulæ fallentias vide apud Gail. *d. obs. 131. n. 6. & seqq. cui adde Socin. Reg 217. edit. noua. & Eman. Soarez. in thesauro recept. sent. litt. H nu. 24.* 295.

Quartò, Respondeo quod quota † bonorum non faciat quem hæredem, & sic filia in legitima instituta, non potest dici hæres, nisi quoad duo, scil. exclusionem querelæ, & ius accrescendi, *Ang. in auth. de triens. & semiss. §. 1. nu. 2. Salic. in d. l. scimus, & Iason in d. auth. nouissima. per text. in l. si quis bonorum, & in l. non amplius. ff. de leg. 1.* si itaque si ia quoad lrgitimam non est propriè hæres, necessariò sequitur, eam etiam hæreditatem non posse transferre, *argumento eorum quæ tradit Gail. 2. obser. 120. num. 4.* quod totum concedimus, nec nobis quicquam obstabit; non enim in nostro casu filia defuncta transferet hæreditatem, *vtpote quam nunquam habuit*, sed quotam bonorum, in qua taliter fratres & sorores superstites succedunt, qualiter illa, si rebus humanis subtracta non esset, *vt inquit Imper. in d. l. 5. C. quando dies leg. ced.* successura fuisset: tum quia hæres † censetur vna eademque persona cum defuncto, *§. 1. auth. de iureiurand. à mor. grest. Andreas Tiraq. de retract. ligna. §. primo, gloss. 9. num. 48. Anton. Gabriel. lib. 6. comm. conclus. titul. de R. I. conclus. 1. numero secundo. Menoch consil. 89. numero 40. & 41.* quem omnino repræsentat; maximè in iure formato & certo, *Rol. à Valle cons. 50. num. 8. vol. 2. per l. 1. & 2. C. de he-* 296. 297.

de hered. *act.*eiuſdemque cum illo eſt iuris, *l. heredem, 59. §. hereditas 61.vbi DD. ff. de R.I. Cagnol. in l. 2. num. 25. & ſeq. C. de pact. inter nupt. & vend. Menoch. 4. præſumpt. 201. n. 14.* imo ſæpius plus permittitur herdi quam defuncto, *l. fin. C. de euict. Bald. in l. cum à matre, col. 1. verſ. nunquid ergo filius, C. de rei vindic. Caſtr. ibid. n. 5.* Tum quia ſurrogatum † ſapit naturam ſurrogati.
298 *text. in l. 1. § hac actio ff. ſi quis teſtam. liber eſſe. & l. in duobus. §. 1. ff. de iureiur. text. in l. ſi eum. §. iniuriarum. ff. ſi quis cautio. gloſſ. ibid. in verbo dando. Gail. 2. obſ. 120. num. 6. & obſ. 148. num. 9. d. lib. 2.* & perſona ſurrogata regulariter vtitur ijſdem priuilegijs, quibus ille, in cuius locum ſurrogatur. *text. in l. decernimus C. de aquæduct. & in l. minor. §. quoniam. ff. de procurat. gloſſa ibidem. in verbo ſubire. text. in l. verum eſt. §. 1. ff. pro ſocio.* atque idem ius in eiuſdem bonis habet: quia res ſemper cum ſua cauſa & qualitate ad alios tranſit, *l. generaliter, §. quoties ff. de fideicomm. libert. l. ſi aqua ductus, 47. ff. de contrahend. empt. l. in venditione, 41. ff. de act. empt. Crauet. conſ. 202. num. 3.*

Quinto, Reſpondeo Legata † & fideicommiſſa tranſmitti, non vt acceptata & agnita ſed vt acceptanda & agnoſcenda, *ſicuti tradunt Iaſon. in l. ſi emancipata, num. 15. C. qui admitti, & in l. ſi infanti. num. 16. C. de iure delib. Ruin. in conſil. 22. num. 15. & in conſil. 39. numer. 7 & 8. lib. 3. Socin. ſen. in conſil. 61. num. 12. verſ. præterea. libero 1. apertius in conſil. 67. num. 12. & 13. lib. 4. Socin. iun. in l. cum filiofam. in vltima parte, num. 66. verſic. vnum circa prædicta, de leg. 1.* idem quoque dicimus de hæreditate, quæ cum tranſmittitur, regulariter tranſmitti dicitur vt adeunda, non autem vt adita, *l. ſi quis filium, ff. de acquirend. hered. & poſt alios reſpondit Decius in conſil. 266. col. 2. & 3.*

Similiter non obſtat DECIMVM DVBITANDI ARGVMENTVM, quo dicitur quod in noſtro caſu dos legata ſit filiæ, dos autem ſuccedat loco alimentorum, *Gail. 2. obſ. 147 numer. 13.* alimentorum vero legatum non tranſeat ad heredes: Nam id non de legato alimentorum filijs ſed extraneis & ſpurijs facto intelligitur, *teſtante Gabriel. libero 6. concluſ. 1. numer. 37. de alimentis.* Deinde Reſpondeo, in contrarium adductas leges loqui de annuis legatis: in noſtro autem caſu non tam annua alimenta, quam dos perpetua legata eſſe cenſetur. minime igitur in contrarium allegatæ leges in hoc noſtro caſu obſtant.

Tertio, ad ea quæ de iure accreſcendi in contrarium adducta fuerunt Reſpondeo, Primo, hoc in caſu noſtro non accreſcendi iure ſed ſucceſſionis ab inteſtato, defunctæ ſororis hereditatem, *ex Nouella 118. c. 3.* peti, quæ proprium defunctæ ſororis patrimonium fuit à parente ſibi debitum, *ſicuti ſupra in 1. 2. & 3. ratione decidendi prolixe, in ſpecie vero num. 307 probatum fuit,* prout etiam tota parentum hæreditas liberis quaſi debetur, *l. 10 ff pro ſocio. l. 6. ff. de bon. damn.* quos etiam ſpes naturalis, & ratio ciuilis, ac votum paternum ad ſucceſſionem vocare conſueuit, *l. nec ei, §. præterea, ff. de adopt. l.*

nam.

nam etsi parentibus. in prin. ff. de inoffic. testam. l. scripto in fin. ff. vnde lib. Secundo respondeo, quod illa procedant, si demonstrari possit in contrarium fuisse testatoris voluntatem; siquidem plus quam manifestum est, ius † accrescendi fuisse introductum ex tacitâ testatoris voluntate, *l. si Titio & Maeuio, §. Iulianus, de leg. 2. & ita vult Bart.* (qui omnium iudicio cunctos scribentes æquitate & veritate præcessit, & cuius opinionem meritò totus mundus seruet, *vide Eberhard. loco 95. num. 18. vers. quinto occurrit. & Wesenb. C. de vet. iure enucl.*) *in l. re coniuncti, num. 43. ff. de leg. 3. idem scribit in l. mulieri, & Titio, de condit & demonstrat. & alij DD. communiter recipiunt, vt testatur Ripa, in d. l. re coniuncti, num. 148. & 149. latius insistit Crot. num. 75.* Atqui in contrarium testatoris voluntatem esse, in rationibus decidendi satis demonstratum esse putamus. Ideoque omnes, ab intestato parenti succedentes, de filiæ portione, quæ ex morte deficit, participant. Est enim hæc iuris accrescendi natura, vt portio deficiens non personæ, sed portioni accrescat, *l. si totam. 83. l. qui ex duabus. 53. ff. de acquirend. heredit. l. hac scriptura, 26. §. fin. ff. de condit & demonstrat. l. Titio, 35. §. fin. ff. de vsufruct. l. si ex pluribus, 9. ff. de suis & legit. Bartol. in d. l. re coniuncti, numer. 26. ff de leg. 3. Bald. in l. 1. num. 18. C. quando non pet. partes. Alexand. consil. 24. num. 9. vol. 5.* 300

Pari ratione nihil ad rem facit VNDECIMVM dubitandi ARGVMENTVM, videlicet quod testator præsumatur minus voluisse grauare hæredem: siquidem illa præsumptio † declaratur vt locum non habeat, quando sumendo strictam interpretationem Legatum redderetur inutile, *ita glossa in l. legato, de leg. 1. vbi Alex. & Iason Decius in l. semper in obscuris, num. 3. de R. I. & in consil. 208. num. 4.* quia legis præsumptio non ad infirmandum; sed ad confirmandum actum adaptatur. *Bald. in l. si quis filio, in prin. de leg. 1. quem secuti sunt Iason in l. 1. in princ. num. 1. ff. de eo quod certo loco, & in l. quoties, col. 1. versic quarto adde, de v. oblig. Decius in l. in contrahenda. num. 5. ff. de R. I.* quo loci n. 7. adiunxit, hanc præsumptionem, qua actus sustinetur, esse cæteris validiorem, quod etiam confirmat idem Decius *in consil. 140. num. 6. & in consil. 448. numer. 17. idem affirmarunt Purpur. in l. rogasti. §. si tibi. num. 38. ff. si cert. petatur. Alciat. in tractat. de præsumpt. in reg. 3. præsumpt. 34. nu. 1. Neuiz. 4. Sylu. nupt. nu. 4. vers. item in dubio.* 301

Atqui recipiendo in nostro casu strictam interpretationem, r. ta testatoris nostri dispositio redderetur inutilis, *prout 5. decid. rat. latius deductum fuit.* Ergo præsumptio illa obiecta, in nostro casu nihil operatur, quod pro hærede facere possit.

Secundo, Respondeo ad ea, quæ pro conseruatione familiæ proposita

302. ta fuerunt, per inuersionem; videlicet quod quilibet præsumatur † appetere honorem & incrementum dignitatis suæ agnationis, *Abbas in consil. 65 num. 3. vers. in casu autem, lib. 2.* & vnusquisque naturaliter studeat familiam suam conseruare, *l. pronunciatio, §. familia, ff. de V. S. quam ad hoc adducit Beroius consil. 95. num. 15. lib. 2.* & omnes quidem, etiam ignobiles cupiant suam agnationem conseruari, *Boer. decis. 204. num. 31.* vnde multo magis vir nobilis, & fama & nomine clarus, naturali impulsu nil magis desiderasse credendus est, quam suæ familiæ fauere, eamque propagare & conseruare, *vt eleganter scribit Zasius consil 2. num. 13. in fin. & nume 14. lib. 1. Mantica de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 15. num. 1. confer 11. decid. rat. per tot.* At facilius & felicius per plures, quam vnum solum, familiam conseruari posse, nemo inficias iuerit. Ideoque hoc nostrum Legatum ad heredem solum redundare non debet. Quæ interpretatio cum faciat ad conseruandam agnationem, fauorabilis censetur, & propterea benignior sententia pro ea ferenda est, *vt supra nu 164. probatum fuit.*

Tertio, ad illam coniecturam, qua dicitur quod ordo prioris denominationis, significet ordinem charitatis & maioris dilectionis, Respondeo declarari, vt non procedat, Primo, quando posteriore loco nominatus esset ab intestato successurus, *ita Zanch. in l. heredes mei, §. cum ita in parte 9. num. 35 ff. ad Trebell. Menoch. 4. præsumpt. 16. num. 4.* Secundò non procedit, quando actus aliâs redderetur nullus, *Alex. in consil. 81 num. 7. lib. 3. & in consil. 112 num. 4. lib. 5. Decius in l. si donatione num. 12. C. de collat. in l. intestamento num. 13. C. de testam. milit. in l. in contrah. num. 8. de R. I. in c. quoniam Abbas. & in c. prudentiam, in fin. prin. de offic. delegat Marsilius in singul. 672. Alciat. in tr. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 34. n 2. Crauet. in consil. 52. num. 3. & in consil. 278. col. 4. versic. septimo vbi res. & Vant. in tract. de nullitat. in tit. Quid sit null. tat. num. 26.*

Quarto, quod ibidem auctoritatibus confirmatum fuit, testatorem plus diligere primogenitum, quam alios, ideoque etiam eundem solum in hoc casu sorori succedere velle: illud in hac nostrâ quæstione non procedit; cum absque nulla auctoritate Legis id dicatur, atque apertus textus in *l. 3. C. de inoffic. testam.* habeatur in contrarium, quod pater primo-
303. genitum † non magis, sed vnum æquè atque alterum diligat, *Idem sentit Bald consil. 122. col. 1. vers. nam cum, vol. 1. Frider. de Sen. consil. 42. vers. & verosimiliter.* Deinde, quia plures eæque maiores & fortiores præsumptiones, pro fratribus & sororibus pariter, quam solo hærede habentur, *prout ex*
304 *rationibus in vtramque productis manifestius elucebit.* Præsumptio † autem præsumptionem *tollit, text. in l. Diuus ff. de in integrum restitut. & in l. non solum ff de ritu nupt. & in c. transmissa, qui filij sunt legit gloss. in c. ex litteris, verb. ad plenum,*

de re-

de restitutio. in integr. quos adducunt Crauet. consil. 250. num. 2. & cons. 158. num. 21. vol. 2. Menoch. de arbit. iud. quaest. 76 num. 19. & lib. 1. praesumpt. 30. per discursum, Gail 2. obser. 97. num. 18. & obs. 144. in fin. contrarijsque probationibus, vel ipsius rei veritati praesumptiones cedunt, *per d. ll & text. in l. quia autem, §. non simpliciter, ff si quis om. ss. caus. test. l. mater, C. de calumniat. Gund. Pap. in tract. de praesumpt. num. 32. Marsil. in l. 1. §. Diuus, n. 28. ff. ad L. Cornel. de sicar. Zuchard. in rubr ff. si cert. pet. num 51.* Et praesumptiones pauciores vinci & tolli à pluribus notatur *in authent. de consanguin. & vterin frat. & in c. 1. de treug. & pace. idque sequitur Bald. in l. filium, num. 2. ff. de his qui sunt sui vel alien. iuris. Alciat. de praesumpt. Reg. 3. praesumpt. 97. num. 9. & seq. Dec. consil. 470 num. 10. Socin iun. consil. 59. num. 10. vol. 2. Crauet cons. 145. num. 11. vol. 1. Grat. resp. 55. n. 9. vol. 1. Bursat. consil. 19. num. 27. lib. 1.* & hanc vulgarem esse Regulam *dicit idē Bursat consil 272. num. 7. lib. 3.* Item quod praesumptio minor cedat maiori, *respondit Alciat. resp. 269. num. 2. Curt. iun. consil. 35. num 6. & consil. 63. numer. 22.* Similiter quod praesumptio fortior tollat debiliorem, *est text in c. litera, de praesumpt. gloss. in d. c. transmissa gloss. in c. Michael, de fil. presbyter. Bart. in d. l. Diuus. notab. 2. idem Bart. & DD in l. transactionem, C. de transact. Dec. in c. quoniam, num. 8. de offic. deleg. Iason in l. iam hoc iure, col. 2 circa fin. ff de vulg. & pup. ll. substit. Ripa in l. admonendi. num, 211. ff. de iureiurand. & in l. 2. num. 11. ff. de vulg. & pupil. & substit. Alciat. de praesumpt. reg 1. praesumpt. 9. numer. 6. Ferrat. caut. 41. num. 4. Schurff. cent. 3. cons 50. num. 2.* Quin imò etiam vna sola praesumptio multum valida & efficax, perimit ac diluit plures; quae sunt infirmiores ac debiles, *secundum Bald. in l. non ignorat, col. 3. in fin. C. qui accus. non poss. Paris. consil. 20. num. 25. & consil. 11. num. 26. vol. 2, Menoch de praesumpt. lib. 1. quaest 30. num. 5.*

Quinto ad illud quod dicitur, testatorem suam dispositionē non velle regi à iure communi, Respondeo per distinctionem: Aut dispositio † testatoris tendit ad conseruandum testamentum, ne rumpatur, & tunc sine dubio praesumitur voluisse regi suam dispositionem à lege, ne rumpatur ipsum testamentum, *& ita probat text. cum gloss in l. Gallus, §. quidam recte, de lib. & posth. ac DD. omnes sequuntur.* Et talis est noster casus, *confer supra 15. decid. rat.* Aut nulla subest necessitas conseruandi testamentum: & tunc rursus distinguendum est: aut violantur verba testatoris, si volumus insistere dispositioni iuris communis: & tunc ab hac receditur, & verbis magis est adhaerendum, *vt colligitur ex c. Raynutius, & c. Raynaldus, de testam.* At vero, si sequamur dispositionem iuris communis, verba non violantur; & tunc haec coniectura sine dubio est amplectenda, & ita distinguit Alex. *in l. heredes mei. §. cum ita. num. 11. ff. ad Trebell.* dicens haec esse quotidiana, & vtilia, & ab aliis non declarata: & subdit, quod si haec ipse habuisset in aliquo casu, emisset magno precio; quam etiam distinctionem sequitur 305.

Soc. sen. *in consil. 51. n. 23. vers, vnde dici potest. vol. 4. & Ruin. in consil. 90. n. 3. & in consil. 159. n. 57. vol. 2. Curt. iun. in consil. 128. n. 9. idem sentit Alciat. in 3. Reg. præsumpt. 32. & Socin iun. in consil. 149. numero 4. vol. 2. confer supra 7. decid. rat.*

Ad POSTREMVM dubitandi ARGVMENTVM, quo dicitur, patrem vni filiorum plus, quàm alteri relinquere posse, diuisionemque paternam seruandam esse, Respondeo, Nos ea quidem non negare, sed concedere
306. vt procedant, † nisi omnia inæqualis à patre sit facta diuisio: eam enim iura omnia reprobant, *confer supra numero 147. & seqq. & 190. & seqq.* & ni de expressa testatoris voluntate constet; cum vero voluntas testatoris sit in contrarium, aut saltem dubia, his casibus lex æqualitatem inter liberos vult seruari, *text. in l. vt liberis, C. de collat. Bald. ibid. n. 1. & in authent. ex testament. C eod. Iason in l. parentib. C. de inoffic. & pro hac opinione consuluit Paris. consil. 34. num. 50. cum seq vol 2. incip. ad resolutionem, adde Clar. in §. testamentum. qu. 14. num 8. Gail. 2. obs. 1. 2. n. 25.* vnde superuacua est omnis illa quæstio de potestate testatoris, quam habet de iure circa dispositionem & alienationem rerum suarum inter viuos vel in vltima voluntate, quia vt maxime eam habuerit, tamen ratione nimiæ inæqualitatis, quæ ex contraria interpretatione sequeretur, ea adeo abusus fuisset, vt testamentum proinde esset nullum, *sicuti supra 15. decid. rat. euictum fuit.* quæ nullitas cum omnino vitari debeat, sequitur fratres & sorores superstites, æqualiter defunctæ sorori in legata dote succedere debere, præsertim quia Legatū illud omnino simplex & purum dicitur: tum quia vergit in legatarij fauorem, *confer 10. decid. rat. circa fin. & 14. decid. rat.* tum quia ad concordiam liberorum, *confer 9. decid. rat. per tot.* & legatum conseruandum conducit, *l. quoties in actionibus. ff. de reb. dub. Dec. consil. 601 num 18. Cothm. resp. 61. numero 108. confer 15. decid. rat.* tum etiam quia omnium interpretum consensu, & suffragio in eam sententiam itum est, vt legatum dotis filiæ factum, sit purum, *confer 1. 2. 3. &*
307. *seqq. decid. rat.* cum dos † ipsius filiæ patrimonium, nullaque de ea patri disponendi facultas fuerit, *per l 3. §. sed vtrum, ff de minor. l. 1. §. fin. & l. fin. C dot. collat. l. pater filiam, 14. ff. ad L Falcid. pater filiæ, 70. ff. de euict. Bart Kellenbrentz. in tract. de renunciat. success. quæst. 25. n. 2.* Itaque cessant nec ad rem faciunt ea, quæ de obsequio paternæ voluntati præstando obiecta sunt, cum parentis voluntas hoc in casu nostro à fratribus & sororibus instituti hæredes non impugnetur, sed iuuetur. Aceatenus patris voluntas impleri debeat quatenus illa sacris literis, iuri & æquitati conformis est.

Et hæc quidem sententia est magis rationabilis, magisque iuri communi ac voluntati testatoris congruit, vt sc. fratres & sorores superstites, defunctæ sorori æqualiter in legata dote succedant; inæqualitas enim est semina-

minarium diſcordiæ, *text. in l. inter filios. C. famil. erciſ. & in auth. in ſucceßione, C. de ſuis & legit. teſtante Gail. 2. obſ. 112. n 13. & ſupra 9. decid. rat. n. 125. latius deductum fuit.* quæ inter Chriſtianos & præcipue inter fratres, *vid. ſupra n. 151.* caueri, vtpote quos arctus ſanguinis amor, & affectus naturalis inter ſe potius copulare, *l. 1. ff. de inoffic. teſtam. l. 4. l. 5. ff. de teſtib. vbi interpretes. Petr. de Rauen ſing. 75.* quā in diuerſas partes & lites agitare debet, *argument. l. is nulla, ff. de iudic.*

Ex his itaque, quæ hucvſque prolata fuerunt, liquido conſtat, heredem, fratribus & ſororibus ſuis æqualem, ita vt ſecundum *Nouell. 118. c. 3.* tot fiant partes quot ſunt capita, prædefunctæ ſororis dotis diuiſionem nullo iure denegare poſſe, ſed ad eandem eo tempore ptimum, quo defuncta ſoror, ſi humanitus ei nihil contigiſſet, *vt loquitur IC. tus in §. 1. Inſtit. de donat. & Scæuola in l. alumnus, 30. §. 2. & 4. ff. de adimend. vel transferend. leg. vel fideicommiß.* trigeſimum annum compleſſet, teneri. *argumento d. l. 5. circa fin. C. quando dies leg. ced & ſim.*

Atque ita, fretus præmiſſis iuribus & rationibus, in hoc nude ſaltem & ſimpliciter propoſito caſu, conſulendo reſpondit.

Sapientiore & rectiore iudicio
Saluo ſemper & integro,

GISBERTVS Freytag.





